START

Reel Contents

1. Kleemann, G.M / De universa Creticae dialecti indole, adiecta glossarum …
2. Klotz / Ueber die quellen zur geschichte Phokions in Diodoros ...
3. Klopfleisch / De duabus vetustissimis picturis vitreis in templo S. Viti in vico ...
4. Kisselius / Specimen criticum continens Auli Persii Flacci codicum ...
5. Kitt / Quae ac quanta sit inter Aeschylum, et herodotum et consilii ...
6. Kirsch / Quaestiones Vergilianae criticae
7. Keese ; Plinius ; Serenus / Quomodo Serenus Sammonicus a medicina …
8. Klammer / Animadversiones Annaeanae grammaticae …
9. Haenel / Succincta interpretatio fragmenti 7. [paragraphus]. ult. D. XIV …

Reel Contents (2)

10. Kirchner, C / Horazens Damasippus : zweiten buchs dritte satire
11. Kirchner, J / De Servii carminum Vergilianorum interpretis ... partic. I
12. Kirchner, J / De Servii carminum Vergilianorum interpretis ... partic. II
13. Klodic / Grammatica Greca
14. Klett / Zu Xenophons leben
15. Kampfhenkel / Symmetrie als kunstgesetz bei Horaz
16. Klander / Disputatio quo loco Sophocles chorum ejusque cantus ...
17. Klüpfel ; Ruef ; Zell / De vita et scriptis Conradi Celtis … pars prior
18. Klüpfel ; Zell / Kluepfeliani de vita et scriptis Conradi … particula IX. sive libri II. de scriptis Cletis cap. V-XI

Reel Contents (3)

19. Klüpfel ; Zell / Kluepfeliani ... particula X. sive penultima complectens libri II. cap. XII-XVI
20. Klüpfel ; Zell / Kluepfeliani ... ultimae fasciculus prior curante
21. Klüpfel ; Zell / Kluepfeliani ... ultimae fasciculus alter idemque ultimus
22. Klein, C / Commentationis in locum Psalm 16, v. 10 specimen
23. Klein, J / Epigraphisch-antiquarische Streifzüge : 1-4
24. Kleemann, M / Vocabula Homerica in graecorum dialectis et in cotidiano ...

DE UNIVERSA CRETICAE DIALECTI INDOLE

ADIECTA

GLOSSARUM CRETICARUM COLLECTIONE.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONCESSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI

CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

PRO SUMMIS

IN PHILOSOPHIA HONORIBUS

RITE IMPETRANDIS

DIE XXVII MENSIS MARTII A. MDCCCLXXII.

UNA CUM THESIBUS

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

GUSTAVUS MAXIMILIANUS KLEEMANN

SAXO - BORUSSUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT

J. STEPHAN, DR. PH.

O. GUTSCHE, CAND. PH.

HALIS SAXONUM.

FORMIS HENDELIIS.

DE UNIVERSA CRETICAE DIALECTI INDOLE.

Cretica dialectus quin in Doricarum dialectorum numerum recte referatur dubitari non potest. Plerique tamen eorum qui de hac re opiniones protulerunt unam et simplicem dialectum esse putaverunt. In quo mihi neque historiam, ut ita dicam, dialecti respexisse neque intellexisse videntur non exigua discrimina intercedere inter singularum Creticarum urbium linguas. Missum nunc facio quod ex aliis dialectis vel linguis non Graecis fortasse nonnulla dialectus recepit. De quo alius erit locus disputandi. Et veteres quidem scriptores linguam Creticam mixtam non esse putavisse eo apparet quod fere non loquuntur nisi de universa dialecto. Velut *θιός* pro *θεός* Cretibus tribuit Hesychius, quamquam in permultis titulis *θεός* invenitur, itemque *τέορ* pro *σοῖ*, quod omnium Cretensium commune esse vult, in sola Gortyniorum lingua usitatum fuisse verisimile est, quoniam nisi in hac *σ* in *ρ* mutati nullum vestigium superest. Unus glossographorum Porsillus Hierapytnius has singularum urbium dissimilitudines spectasse videtur. Scholiasta enim in Hom. Od. *γ* 444 in Crameri Anecd. Par. III, p. 436, ubi de *ἄμνιον* vocabulo scribit, haec affert ex illius commentariis: *Πόρσιλλος δὲ ὁ Ἱεραπύτνιος παρὰ Ἱεραπυτνίοις ἔτι σώζεσθαι τὴν φωνὴν αἵμνιον δασέως μετὰ τοῦ ι καταρχὴν προφερομένην παρὰ τὸ αἷμα.* Neque tamen in his verbis neque in glossis quae apud Hesychium exstant Gortyniorum, Cydoniatarum, Polyrrheniorum eae vocabulorum formae deprehenduntur quae contra communem dialecti normam peculiari civium more efferantur, sed ea tantum vocabula quae ceteris Cretensibus ignota apud solos unius urbis cives ex antiquitate servata sint. Itemque qui nostra aetate de Cretica dialecto scripserunt, omnes fere has singularum dialectorum insulae dissimilitudines neglexerunt.

Hanc igitur dialecti varietatem in initio pono, cum instituerim de universa Creticae linguae indole disserere. Nam de

singulis rebus quae dialecti propriae sunt, satis fere ab aliis disputatum est. Adicio glossarum Creticarum quae apud scriptores veteres exstant, grammaticos maxime et lexicographos, collectionem, quibus vera dialecti species et forma dilucidius appareat. Succedent deo volente tituli Cretici, ut quasi uno obtutu omnes dialecti reliquias comprehendere liceat.

---

§. 1. De Creticarum dialectorum varietate.

Creta insula quoniam in medio mari posita et soli fecunditate et caeli iucunditate eximia colonos allexit, mirum esse non debet, quod antiquitus variae gentes insulam incolebant, quarum sua quaeque lingua loquebatur. Accedit testimonium locupletissimum Homeri, qui in Od. l. τ, 172 haec dicentem Ulixem inducit:

Κρήτη τις γαῖ᾽ ἔστι, μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ
καλὴ καὶ πίειρα, περίρρυτος· ἐν δ᾽ ἄνθρωποι
πολλοί, ἀπειρέσιοι. καὶ ἐννήκοντα πόληες·
ἄλλη δ᾽ ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη· ἐν μὲν Ἀχαιοί,
ἐν δ᾽ Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες
Δωριέες τε τριχάϊκες δῖοί τε Πελασγοί.

In quo nihil attinet quaerere cum Hoeckio (Creta a. a. O. II, 5 sqq.), cuius populi pars Cydones et Eteocretes fuerint. Ne id quidem refert, utrum barbari Cretam incoluerint ante adventum colonorum Doriensium an Graeca lingua locuti sint Eteocretes, quoniam nulla huius aetatis linguae vestigia supersunt. Hoc certe constat ea quae servata sunt dialecti monumenta ad Doriensium linguam maximam partem referenda esse. Quodsi Homeri temporibus sua quaeque gens dialecto usa est, postea Doridem magis magisque invaluisse videmus, donec sola tota insula regnavit. Haec Doris utrum ex mitiore an ex severiore genere fuerit, mox videbimus. Illud certum est, hanc Doricam linguam ea aetate quae secuta est paulatim ad vulgaris sermonis similitudinem delapsam esse. Insigne huius rei testimonium invenitur in Gortyniorum dialecto, quam per nonnullorum saeculorum seriem persequi licet. Cum enim antiquissimum non solum huius, sed totius Creticae dialecti documentum, quod non recentius esse Olympiade quinquagesima ipsis literarum formis probatur (v. Kirchhoff, Stud. zur Gesch. d. griech. Alphab.

p. 169 et p. 250; Voretzsch. in Jahnii Ann. 1869 p. 679; Savelsberg. ibid. p. 680), linguam praebeat valde asperam neque in ulla re a severissima Doricae linguae forma abhorrentem, in eiusdem urbis titulo, qui non ita multo post videtur scriptus esse, multa iam recentioris sermonis vestigia inveniuntur. In titulo enim quem dico, a Bergmanno edito (Brandenburgi 1861) et *Ἱεραπυτνίοι* exstat pro eo quod antiquae linguae proprium est *Ἱαραπυτνίοι*, et accusativus pluralis et in *ους* et in *ος* terminatur, cum in titulo illo *βουστροφηδόν* scripto semper *νς* usurpetur. Idemque in ceteris urbibus probabile est accidisse, quoniam eodem modo vetustiores et recentiores formae (Doricas hic dico) mixtae sunt. Quid quod etiam Doricae et vulgares formae in eodem titulo nullo discrimine adhibentur? Luculentissimum huius rei exemplum exstat in titulo Drerio (l. 95), ubi legitur *τὸς αὐτὸς θεούς* idque in titulo summae fidei et tanta singularium formarum multitudine insigni, ut vix credere liceat hanc formam dicendi quam vitio ducunt lapicidae tribuendam esse. Cum vero in titulis multae vulgares formae legantur, eas non incognitas neque inusitatas fuisse illarum urbium civibus apparet. Neque aliter fieri potuit in tanta quae iam per compluria saecula erat Atticae dialecti dominatione, nisi ut ea lingua qua ceteri Graeci in cotidiana vitae consuetudine utebantur, sensim in Cretae quoque urbes irreperet et in dies latius fines extenderet. Quae postquam semel non solum innotuit, sed etiam usitata facta est, mirum esse non potest quod non subita mutatione e dialecto in dialectum quasi transsiluerunt Cretenses, sed paulatim a prisca Doridis austeritate recesserunt. Itaque haec vel illa terminatio quaecumque asperrime sonabat, ad solitum communis linguae usum accommodata est, cum in ipsis verborum formis initio nihil mutaretur, *α* Doricum imprimis diutissime retineretur. Haec autem mutatio cum principium cepisset ab ineunte saeculo quinto, perfecta est maxime tertio et secundo saeculis, ad quae plurima dialecti Creticae quae exstant monumenta referenda sunt. Sed postquam vulgaris sermo et in vitae usu et in publicis et in privatis documentis solus invaluit, tamen ne posteriore quidem aetate severioris Doridis notitia apud plebem praesertim interiit. Et inter prima quidem evanescentis priscae linguae asperitatis vestigia ea sunt, quae in titulo Hierapytnio inveniuntur Mn. I.

(sic enim: Mn. I., II. etc. eos titulos notare placet, quos Naberus in primo Mnemosynes volumine edidit). Nam cum tertia persona pluralis in *ντι*, *τοι* articulus, *δυναμίων*, *πόλιος*, aliae similes formae, *ποτί* praepositio, genitivus pluralis primae declinationis *ᾶν*, imperativus *ἐόντων* servata sint (quamquam ne haec quidem sine aliqua differentia ut in titulo parum certo), accusativus pluralis in *ους*, genitivus singularis in *ου*, infinitivus in *ειν* desinit et *εἰς* et *πορεῖα* pro *ἐς* (*ἐνς*) et *πορήϊα* succedunt. Inde cum sequi videatur in his rebus cessisse Doridem vulgari dialecto, eiusdem temporis duo tituli sunt severa Doride scripti et recentior quidem severiore (Mn. II. et III. cf. Naber. in Mnem. Vol. I, p. 116). Nam in utroque genitivus in *ω*, accusativus in *ος*, infinitivus in *εν* desinit, *ἐς*, *ἦμεν*, *θέμεν* occurrunt; in priore deinde titulo (Hierapytnio-Lyttio) *εὐορκῶσι* dativus, *ἐχφερέσθαι*, *αἰ* reperitur, in altero (Hierapytnio-Magnesio) paulo severiore (quamquam *εἰ* particula pro *αἰ* arguere videtur artificiose et ex certo consilio titulum vetustiore dialecto scriptum esse) accedunt formae *ἀποστηλάντων*, *πόλι* (in tit. Hierapytnio-Lyttio *πόλει* et *πόλεσιν*), *πάρ*, *ἀξιώντων* et *ἐπεστάτον*, *οἰκηΐως*, *πρυτανήϊον*, *ἱαρῷ*, *Ἱαραπυτνίων*. Satis igitur notas has omnes formas etiam tum fuisse apparet, cum primus titulus (Hierapytnio-Rhodius) scriptus est. Eius rei etiam maius documentum exstat in titulo anni 58 vel 57 ante Chr. n. (Hierapytniorum vel Itaniorum), cuius reliqua pars cum vulgari sermone scripta sit, in versibus inde a v. 58 usque ad v. 67 (ex vetere documento ut videtur desumptis) Doris regnat. In quibus tamen nulla mutatione opus fuit, ut appareat ab omnibus eos intellectos esse. Idemque titulis postremae aetatis probatur, in quibus *α* Doricum remansit in formulis praesertim et in institutis et nominibus propriis, velut *ἁ πόλις* C. I. 2585. et apud Thenonem in Rev. arch. 1867. I. p. 418. *πάσας* C. I. 2597, 2 (sic Gruterus, alii *πάσης*), *ἀγνοτάτας καταφθιμένας* C. I. 2569, 9, *Σαμαγόρας* C. I. 2562, 6, *πολίτας* in tit. Gortynio in Rev. arch. 1868. II. p. 154, *Δαμᾶ* C. I. 2562, 25, *Ὀνασίων Ὀνασίωνος* C. I. 2562, 26, *Εἰρήνα* apud Sprattium (Travels and Researches in Crete tab. I, 2. l. 1). Genitivus masculinorum nominum primae declinationis semper exit in *α*: *Δαμᾶ* C. I. 2562, 25, *Νέρβα* C. I. 2572. 2. 2573, 2. *Κωμάστα* C. I. 2572. *Κλευμενίδα* C. I. 2573 (semel *Κλευμενίδου* apud Sprattium I, 9. l. 12), *Πανταδρίδα*

Πανταν᾽δρίδα ap. Spratt. I, 5, 7. Alia veteris Doridis vestigia haec inveniuntur: *ἀνκλάριον* C. I. 2562. 13, *πρήγιστος* C. I. 2562, 23, *Ἀπελλίωνος* C. I. 2562, 34, *ἀνδροβάμονας* C. I. 2570, *Βαναξιβοίλου* C. I. 2572, *θεαροδόκος* in titulo Elyriorum apud Thenonem in Rev. arch. 1866. II, p. 398.

Sed non solum temporum, sed etiam, id quod iam supra breviter attigi, locorum magna discrimina sunt. Nam cum non ita frequens inter urbes Creticas intercederet commercium, imo ubique inter vicinos essent gravissimae inimicitiae, multae denique urbes loci natura a ceteris paene excluderentur, mirum esse non debet, quod nonnullorum oppidorum lingua vel singularia quaedam habuit vel a communi Creticae linguae forma etiam longius recessit. Sed in tanta titulorum praesertim paulo antiquiorum paucitate vestigia tantummodo eiusmodi discriminum inveniuntur, quae tamen ad rem probandam sufficiunt. Et primum quidem vocabula nonnulla propria fuisse vel Gortyniorum vel Polyrrheniorum vel Cydoniatarum vel Hierapytniorum vel Cnosiorum iam glossographorum lexicis, Hesychii maxime satis constat. Libet huc addere exempla, quae inveni. Gortyniis adscribuntur: *Ἑδάς· ὄνομα τοῦ Ἑρμοῦ παρὰ Γορτυνίοις* Phavor. p. 231. *Ἑκατόμβαιος· ὁ Ἀπόλλων παρὰ Ἀθηναίοις καὶ Ζεὺς ἐν Γορτύνῃ καὶ παρ᾽ Ἀρκάσι καὶ Κρησίν.* Hesych. *πρυλέες* v. Schol. in Hom. Il. *Λ* 49. *συκῆ* v. Hesych. s. v. *κάρα· αἴξ ἥμερος. Πολυρρήνιοι· ὑπὸ Γορτυνίων [ἄλλοι] δὲ ἡ συκῆ. χόννοι παρὰ Γορτυνίοις ποτηρίου εἶδος, ὅμοιον Θηρικλείῳ χάλκεον. ὃ δίδοσθαι τῷ ἁρπασθέντι ὑπὸ τοῦ ἐραστοῦ φησιν Ἑρμῶναξ* Athen. XI, p. 502. b.; haec Polyrrheniis: *ἄμαλλος· πέρδιξ. Πολυρρήνιοι* Hesych. *κάρα· αἴξ ἥμερος. Πολυρρήνιοι* Hesych. *κόμβα· κορώνη. Πολυρρήνιοι* Hesych. *λάττα· μυῖα. Πολυρρήνιοι* Hesych. *σέρτης· γέρανος. Πολυρρήνιοι* Hesych., fortasse etiam si Guyetum sequimur Polyrrheniorum glossa inest in Hesychii verbis: *σύας· κύων τις πολύρρηνος*, ubi Gugetus coniecit *Πολυρρηνίοις*; Cydoniatarum proprium fuit *βούτης· ὀρίγανος ὑπὸ τῶν Κυδωνιατῶν* Hesych.; Hierapytniorum *αἵμνιον* pro *ἄμνιον* Schol. in Hom. Od. *γ* 444 v. p. 1; Cnosiorum *Ἄνθεια· ἡ Ἀφροδίτη παρὰ Κνωσσίοις* Phav. p. 87. Deinde a primis fere linguae Creticae initiis formarum quarundam dissimilitudo fuisse videtur in singularum urbium dialectis. Velut iam antea dictum est *σ* consonae in *ρ* mutatae nullum exemplum inveniri

nisi apud Gortynios. Est enim in titulo Gortynio a Bergmanno edito *κορμιόντων* (l. 4) et *κόρμους* (l. 41) et in alio eodem quoque Gortynio (in Rev. arch. 1868. II p. 154) *κόρμοι*. Tamen *κορμῆται· κοσμῆται* apud Hesychium fortasse minus recte a M. Schmidtio ad linguam Creticam refertur. Nam praeterquam quod non in universam totius insulae, sed in unius Gortynae dialectum cadere potest, Creticae huius vocabuli formae inveniuntur *κόσμος* vel *κόσμιος*, numquam *κοσμήτας*. Sed recordari licet hanc mutationem usitatam fuisse etiam in Laconum, Emeorul, Eretriensium linguis, ex quibus *κορμῖται* facile fluere potuit. Gortyniis autem tribuenda est Hesychii glossa: *τέορ· σοῦ. Κρῆτες.* — Item *ϑ* iteratum apud Gortynios solos usurpatum est. Nam et in titulo Gortynio antiquissimo *βουστροφηδόν* scripto *ἀποFείπαϑϑο* exstat pro *ἀποFείπαιτο* et in titulo a Bergmanno edito leguntur: *ἰϑϑάντες* (l. 54), *ἰϑϑᾶντι* (ut l. 54 recte Bergmannus edidit pro eo quod in lapide est *ΙΘΘΟΝΤΙ*), *ξυνεϑϑῇ* (l. 67), *-ττεϑϑων* (certe *καττέϑϑων* pro *καταϑέσϑων* l. 40), denique *ϑαλάϑϑας* (l. 17) et *ϑάλαϑϑαν* (l. 36). — Gortynii, Hierapytnii, Vaxii, alii, qui severiore Doride utuntur, et apocopen praepositionum (ut scribatur *πάρ*, *ἄν*, *κάτ*) et assimilationes duriores amant, quas reliqui fugiunt, velut *ἐδ δικαστ[ηρίῳ* in titulo Gortynio *βουστροφηδόν* scripto vel *τάδδε* pro *τάνδε* in titulo eiusdem urbis Bergmanniano, alia multa. Gortyniorum eorundem propria est mutatio *ει* diphthongi in *ι*. Nam in titulo Bergmanniano saepe allato inveniuntur *ἰρήνας* (l. 9. 68) et *Ἰλίϑυιαν* (l. 64. 80) et *Βινατίαν* (l. 64. 80). *Βινατίαν* enim pro *Fειvατίαν* dictum esse apparet ex Stephani Byzantii verbis s. v. *Εἴνατος· πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων φησί. τὸ ἐϑνικὸν Εἰνάτιος, τινὲς δὲ ὄρος καὶ ποταμός, ἐν ᾧ τιμᾶσϑαι τὴν Εἰλείϑυιαν Εἰνατίην.* In eodem titulo summae fidei genitivi forma nova *Βιδατάω* offendit (de qua postea dicam), quae ipsa quoque Gortyniorum propria est. — Mirum deinde videtur ac certe memorabile, quod in Hierapytniorum tantummodo dialecto locativus in *οι* invenitur: *ἐν Πριανσιοῖ* C. I. 2556, 3, 34. *Λυττοῖ* Mn. II. l. 3. *Ὠλεροῖ* Mn. II. l. 11. Contra in eadem dialecto numquam accusativus vere Creticus in *ν* exiens (ut *Ἀγαϑοκλῆν*, *Λατᾶν*, *Ποσειδᾶν*) invenitur, quae formae Latiis maxime in usu erant. In uno quamvis corrupto Latiorum linguae titulo (C. I. 2554) accusativus pluralis secundae quam vocant declina-

tionis tam saepe tamque constanter in ως exit, ut nec lapicidae nec describentis culpae tribui possit, cum tamen Creticae formae quae in aliis titulis obviam fiunt ονς, ος, ους sint. Exempla sunt τώς C. I. 2554. 60. 76. 106. 113. 130. 171. 172. 185. 196. αὐτώς l. 60. Λατίως l. 171. Ὀλοντίως l. 160. 172. νόμως l. 76. κειμένως l. 77*). Eadem accusativi forma recepta est etiam in Epimenidis epistula apud Diogenem Laertium servata: τώς, δούλως, ἀνθρώπως. — In Latiorum deinde titulo futurum in ιω exit nulla exceptione (βοαθησίω, προλειψίω, ἐμμενίω, συνδιαφυλαξίομεν), item in Istroniorum (πραξίομεν, χαριξιόμεθα) in Hierapytniorum in ῶ (δωσῶ, ἐξῶ, εὐνοησῶ, κακοτεχνησῶ, ἐμμενῶ, πολεμησῶ, συμμαχησῶ, ἐπιτραψῶ). Quare etiam in titulo corrupto et mutilo, cuius apographum solum exstat ab abbate Italico factum (Mn. I.) διακαθεξόμεν scribendum est pro διακαθεξίομεν. In Dreriorum lingua terminationes variantur. Est enim ἀρξεῖν, προδωσεῖν, συντελέσθαι, sed ἐξαγγελίω et σπευσίω. De ceteris nihil certi constat cum nimis pauca monumenta supersint. Infinitivus in εν terminari solet praeter Gortyniorum linguam quae ην recepit. Legitur enim καθε[ξ]ῆν in tit. Bergm. l. 70 et 85 et ἐπιτραψῆν in eiusdem tituli l. 12 et 14. Quare etiam in titulo antiquissimo βουστροφηδόν scripto cum Voretzschio scribendum est ἐπιχωρῆν et ἀνχωρῆν, non ut Savelsbergius et alii volunt ἐπιχωρέν et ἀνχωρέν. Infinitivi verbi εἶναι usitata Cretica forma est ἦμεν (productione suppletoria ex ἔμμεν nata), quam etiam apud Gortynios viguisse apparet ex tit. Bergm. l. 86. Quare falso Voretzschius ἔμεν scripsit in tit. Gort. βουστροφηδόν exarato. ἔμεν apud solos Apteraeos invenitur. Horrida forma bis est in titulo Drerio l. 46 et 79 ἤμην (sed ἦμεν l. 92). εἶμεν quod nunc legitur C. I. 2554, 89. 2557. B. 15. Mn. I. 88. valde dubium est. πεδά pro μετά non est servatum nisi in lingua Dreriorum et Vaxiorum (Ahrens. d. d. D. p. 360). — Prae-

*) Ex titulis Teio-Creticis unus (C. I. 3058) Latiis adscribitur. In quo cum τός legatur (l. 18), pro quo Ahrens (d. d. D. p. 105) τόνς suspicatur, minus recte disputasse fortasse videbimur. Sed contra monendum est Hesselium qui optime reliqua descripsit Λασίων legisse quamquam Boeckhius improbat. α[ὐ]τόθεν autem quod Boeckhius scripsit, cur cum Ahrente in Λατῶθεν mutemus, nulla causa est. Denique ne τόνς quidem, id quod certe legendum est ad similitudinem formarum ὑπαρχόνσας, πρειγευτάνς etc., plane repugnat illi τώς.

positionis πρός Cretica forma est ποτί, sed πορτί in usu erat Istroniis, Vaxiis, Rhauciis, Cnosiis. Adverbiorum denique terminatio νι Aeolica Gortyniorum est et Hierapytniorum: φιλίνι (tit. Gort. βουστρ. l. 5), ὅτνι (tit. Bergm. l. 68, ubi causam non video, cur Bergmannus ὅπνι mutaverit), νῖ (Mn. II, 16, 22. III, 16), cf. Hesychii glossam τυῖ· ὧδε. Κρῆτες. — Itemque ει terminatio in solis titulis Dreriorum et Hierapytniorum obviam fit: ἐπεῖ κα *ubicumque* Mn. I. 100 et αἴ πει *si quo loco* in tit. Drer. 126. — Summos civitatum Creticarum magistratus vulgo cosmos vocatos esse iam supra commemoravi. Gortynii autem κόρμος, Eleuthernaei, Vaxii, Rhaucii, Arcades, Priansii κόσμιος, formis usi sunt. — θεός communis linguae Graecae forma in omnibus Creticis urbibus locum habuit praeter Gortyniorum, qui θιός dicebant. — Tertium variarum formarum vocabulum est πρεσβευτάς quaeque cum eo coniuncta sunt. Nam πρειγευτάς eiusque derivata pro πρεσβευτάς ponuntur in lingua Latiorum, Hierapytniorum paulo vetustiore, Vaxiorum, Rhauciorum, Lasiorum. Singularem formam, sed probabilem praebet lingua Apolloniatarum, si titulo valde mutilato (Mn. VI) satis magna fides haberi potest πρεσγευ[ταῖς.

Iam satis multa attulisse mihi videor, quibus appareat, diversis formis communis dialecti plerasque urbes Cretae usas fuisse. Unum etiam addam, antequam ad reliqua pergam, ut quae Dreriorum lingua quippe quae a ceteris maxime recedat, singularia habuerit exponam. Nam et dativus pluralis in σιν exit terminationem Doricae dialecto plane inusitatam (ἑταιρείαισιν l. 135) et Δῆνα mira formâ invenitur pro Δία vel Ζῆνα, cum in reliquis linguae Creticae monumentis semper sit Τῆνα vel Ττῆνα (apud Gortynios) — quocum conferas ipsorum Dreriorum nomen, quos consanguineos fuisse cum Thracia gente Trerum Dethierius suspicatur — et Ἀπέλλωνα, quod antiquissimum dei nomen in Dorica dialecto usurpatum fuisse grammatici tradunt, et πεδά pro μετά, forma fere Dorica, τόκα et πόκα adverbia et ἀποδείσαι pro ἀποδῆσαι si recte in titulo legitur, et ὅσσα iterato sigmate ad normam Ionicae potius quam Doricae dialecti et δασσάσθωσαν forma Homerica a verbo δαίομαι. Eo etiam propius huius tituli lingua ad Homericorum carminum dialectum accedit, quod relativa cum κα coniuncta indicativum futuri regunt. Leguntur enim ὅς δέ κα μὴ φυτεύσει l. 161, ὅσσα

κα μὴ πράξοντι l. 118. *ὅτι δέ κα πράξοντι* l. 123. Haec sunt illa quibus Dethierius permotus est ut quasi Pelasgicae linguae reliquias invenisse sibi videretur.

Huic Dreriorum dialecto simillima est lingua qua scriptae sunt litterae, suppositiciae certe, Epimenidis ad Solonem, quae exstant apud Diog. Laert. I. 10 (ed. Cobet. p. 29 A. l. 36 sqq.). De qua magna semper dubitatio fuit, num Cretica recte habeatur. Neque negari potest ante titulum Drerium inventum merito dubitare licuisse. Fuerunt enim qui offenderentur maxime formis *θητευόντεσσι*, *πεδά*, aliis quae ad id tempus nusquam in Creticis titulis provenerant. Sed illud tamen mirandum erat quod nonnulla vocabula vere Cretica exstabant in illa epistula, ut *κα* pro *κε* vel *ἄν* et *τεθμοῖς* pro *θεσμοῖς*. Iam vero postquam innotuit Drerios quoque dativum pluralis numeri in *σιν* terminasse contra vulgarem usum linguae eosdemque usos esse praepositione *πεδά* nihil fere restat cur cuiusdam insulae urbis linguam veram tradi hac epistula eamque Dreriae affinem negemus. Nam ne ipsorum Dreriorum linguae documentum esse credamus illud impedit, quod in titulo vere Drerio *πει* exstat, in Epimenidis epistula *πη* et quod in illo accusativus pluralis in *ος* vel *ους*, in hac in *ως* desinit.

Iam supra dixi paulatim Doricam dialecti Creticae indolem ad vulgaris Graeci sermonis similitudinem esse commutatam. In quo urbs urbe tenacior erat formarum vetustarum. Quare tempus fuit (tertio fere saeculo exeunte), quo aliae urbes nullo discrimine facto utriusque dialecti formis mixtim utebantur, aliae asperrimis formis et a vulgari usu maxime alienis mutatis in ceteris Doricae linguae speciem praebebant, aliae nisi in perpaucis rebus a vetere suae dialecti consuetudine non recesserunt. In quod tempus omnes tituli Teio-Cretici qui vocantur incidunt. Et in eorum quidem numero, qui priscae linguae indolem fere integram servarunt, sunt Vaxii (C. I. 3050), qui et digamma retinuerunt et accusativum pluralis in *νς*, futura in *ξῶ*, genitivum in *ω* terminant; Lasii (C. I. 3058), qui accusativo in *νς*, feminino participii in *νσα*, infinitivis in *εν*, futuris in *ίομεν*, tertia pluralis persona in *ντι* exeunte utuntur; Cnosii (C. I. 3053), apud quos genitivus in *ω*, accusativus pluralis in *ος* exit, *πάρ* et *πολίας* inveniuntur, sed *πόλει*; Hierapytnii (Mn. IV), qui infinitivum in *εν*, accusativum pluralis in *ος*, futura in *ίω*

formant; Apteraei (Mn. V), qui genitivo in ω, accusativo pluralis in ος, tertia persona pluralis in ντι utuntur, quamquam ἐάν pro αἴ κα et ἐψηφίσται pro ἐψαφίσται exstant; Biannii (Mn. VII). Sed in his quoque urbibus vulgarem sermonem satis notum fuisse evincitur foedere Allariotarum et Pariorum (C. I. 2557), cuius prior pars communi, posterior Cretica dialecto effertur. Alterum est genus eorum, qui plures vulgares terminationes receperunt, in nonnullis tamen Doricae dialecti formas non mutaverunt. In his sunt Eleuthernaei (C. I. 3047), quibus usitatus est accusativus pluralis in ους, femininum participii in ουσα, dativus pluralis in ουσι, infinitivus in ειν, πόλεως et οὐθέν, sed genitivus in ω, πάρ pro παρά, εω non contractum; Istronii (C. I. 3048); Sybritii (C. I. 3049); Rhaucii (C. I. 3051); Polyrrhenii (C. I. 3054). Lappaei (C. I. 3056) prorsus vulgari dialecto usi sunt praeterquam quod in vetere formula scripserunt: ἔδοξε Λαππαίων τοῖς κόσμοις καὶ τᾷ πόλει. Singulare denique tertii dialecti generis exemplum titulus Arcadum est (C. I. 3052), in quo miro modo terminationes mixtae sunt. Hic enim inveniuntur Μηνοδότου et Μηνοδότω, Διονυσίου et Διονυσίω, Μενεκλέα et Μενεκλῆν, ἡμῶν et ἁμῶν, πόλιος et πόλεως, τούς et τός, εἶναι, δοῦναι, sed δοθῆμεν.

---

§. 2. De Dorica dialecti Creticae specie.

Sed iam satis dixisse mihi videor de dialectorum quae singularum urbium propriae erant differentia. Nunc universa lingua Cretica quo referenda sit nulla huius differentiae ratione habita exponam. Ac primum quidem in Doricarum dialectorum numerum Creticam esse referendam nemo non videt. Testimonia enim sunt ᾱ Doricum ubique usurpatum et diutissime a Cretensibus servatum; deinde ᾰ pro eo quod ex α depravatum est ε, ut in ἱαρός, Ἄρταμις, Ἀπτάρα, τράπω, τάμνω, τάως, Βιαννία; contractio plerumque aut neglecta aut Dorice facta, ut αο et αω coalescant in ᾱ, non in ω (ut in genitivis pluralis primae declinationis ᾶν, in θεαροδόκος, in coniunctivis syncopatis δυνάμαι, ἰθθᾶντι, aliis) et ut εο vel οο coeant in ω, deinde eiectio alterius vocalis contrahendae (ut ἐξάπλα, ἐπιορκόντι, ἐπεστάτον, Ὀλοντίοι, πωλόντας, Πριανσιές). Alia argumenta, quibus dia-

lectum Cretensium in Doricarum numero habendam esse probatur, sunt defectio dualis (quod enim semel in titulo corruptissimo C. I. 2554 τώ legitur, nihil facit); infinitivus in εν, prima pluralis persona (perraro tamen) in μες (ὀμωμόκαμες in tit. Drer. 102 et εὐχαριστῶμες C. I. 2557. 26), futurum in έω vel ίω vel ῶ exiens, quae fere omnia in omnium urbium titulis obviam fiunt. Deinde nominum formae Doricae permultae ubique inveniuntur in Creticae dialecti reliquiis, ut genitivus pluralis primae declinationis terminetur in ᾶν, genitivus singularis masculinorum in α, genitivus singularis secundae quam vocant declinationis in ω, accusativus pluralis in ονς vel ος vel ως. In eis quoque nominibus, quae in ος, ης, ις exeuntia tertiae declinationis normam sequuntur, plerumque flexio Dorica viget. Quare id dubium esse non potest neque umquam dubium visum est, quin ad Doridem dialectus Cretica recte referatur. De illo autem dubitari potest utrum severiori an mitiori Doridi adnumeranda sit. Ahrens enim omnes Dorica lingua loquentes aut severiore aut mitiore dicendi genere usos esse existimat. Quorum illud Laconum, Cretensium, Italiotarum dialectis vult contineri. Sed ipsa distinctio inter rudius ac politius Doridis genus num iure constituatur valde ambiguum est. Nihil enim inter utrumque interest nisi quod mitior Doris propius ad similitudinem vulgaris Graecae linguae accedit. Quare quoniam supra demonstravi Creticam dialectum a forma quae antiquissimis temporibus erat, maxime Dorica paulatim ad vulgarem sermonem descendisse, hic certe ambigi potest, utrum inde a primo linguae initio in aliis urbibus severior quaedam, in aliis mitior Doris regnaverit an potius totam per insulam antiquitus severior Doris viguerit, cuius indolem nonnullae urbes diutius retinuerint. Equidem sic censeo etiam alias Doridis dialectos non semper et ab incunabulis ut ita dicam linguae in severius et mitius genus divisas fuisse sed eandem earum historiam esse atque Creticae dialecti. Quamquam igitur concedo neutrum dubitatione prorsus carere, tamen hanc distinctionem nullo iure constitui existimo. Iam vero severioris Doridis documenta in titulis Creticis haec exstant: Digamma invenitur vel ipsum vel in β mutatum. Deinde νσ et in accusativo pluralis cuiusque declinationis et in dativo pluralis tertiae et in participiis (ὑπάρχονσα, similia) usitatum est apud nonnullos. Denique ει

pro η et ω pro ου vulgaris linguae usurpantur, ubi ex ε vel ex ο aut suppletoria aut alius generis productione, necessaria tamen, nata sunt, ut in accusativo pluralis in ως pro ονς exeunte et in participiis velut *προϋπαρχώσας* C. I. 2554. 219, in dativo plurali *ἄγωσι* pro *ἄγουσι*, in *ὦν* et *βωλόμαι*; in aoristis verborum liquidorum: *νήμη* C. I. 2556. 27 *ἀποστηλάντων* Mn. III. 2 *πῆριξ· πέρδιξ. Κρῆτες* Hesych. Sed iterum iterumque monendum est vel in earundem vel in aliarum urbium titulis formas linguae vulgari et mitiori Doridi solitas exhiberi.

---

§. 3. De Creticae dialecti cum aliis mixtione.

Iam vero quoniam constat antiquitus severioris, si hoc vocabulo etiam uti licet, Doridis genuinam paene formam Creticam dialectum praebuisse, ea nobis investiganda erunt, quae postea huic innatae linguae speciei admixta sint. Et de mixtione quidem Creticae dialecti cum vulgaris sermonis formis iam supra satis dictum est itemque de eo quod inde sequi videatur ad distinctionem inter severiorem et mitiorem Doridem recte adhibendam. Alia autem permulta sunt, quae cum Cretensium dialecto cum aliis aliarum Graecarum gentium communia fuerint, tamen ab his vix in Cretam transmigrasse iudicanda sunt. Imo sic censeo pleraque eorum seiunctim et apud Cretenses et apud aliam quandam gentem nullo usu inter utrosque intercedente exstitisse. Nam neque casu fortuito neque certo consilio linguae formae e dialecto in dialectum transferri possunt, sed usu frequentissimo. Velut id quod iam supra diximus Gortyniorum proprium esse ϱ ex σ natum etiam in Laconum, Eleorum, Eretriensium dialectis usitatum erat. Itemque σ ex ϑ ortum, quod Cretensium fuisse traditur a grammaticis, maxime Laconibus in usu fuisse constat (Ahrens d. d. D. p. 66 sqq.). Nam Ahrenti assentiri non possum qui omnino in Cretensium linguam cadere hanc mutationem negat. Imo Helbigii sententiam probo (Quaest. d. dial. Cret. p. 18 sqq.) qui raram eam fuisse et fortasse paucarum urbium finibus terminatam concedit, sed non alienam fuisse a Cretica dialecto contendit, quam multis rebus videt cum Laconica arcte cohaerere. Neque desunt, quae ad Ionicae dialecti normam formata apud

Cretenses inveniantur. Et primum quidem σσ pro simplici σ dictum est Ionico more in ὅσσα vocabulo, quod exstat in tit. Drer. 118. Itemque πτ in initio verborum nonnusquam obviam fit his locis: πτολέμω C. I. 2554. 197. Πτολίοικος in nummo ap. Mionn. II. p. 262. 27. et Πτολοστο (?) ibid. 28. Deinde ε productione suppletoria in ει diphthongum transiit in vocabulo πρείγιστος. Quod manifestum est non ex alia dialecto translatum esse, quoniam Cretensium proprium est huius productionis suppletoriae genus quod fit ι adiuncto. De quo postea videbimus. Imperativi passivi tertia persona pluralis bis exit in σθωσαν, id quod etiam in aliarum Doricarum dialectorum recentioribus titulis non plane inusitatum est, in vocabulo δασσάσθωσαν in tit. Drer. 125 et 134. Eadem fere est ratio dativi pluralis in σιν terminati, quippe quo et Epicharmus et nonnullae Doridis septentrionalis, si ita dicere licet, gentes aliquotiens usi sunt (Ahrens. d. d. D. p. 229). Et apud Cretenses quidem ἐταιρείαισιν invenitur in tit. Drer. 124 et 135 et θητευόντεσσιν in Epimenidis epistula ad Solonem. Eodem referenda est etiam forma genitivi singularis primae declinationis sane mirabilis Βιδατάω in tit. Bergm. l. 23, quam summam habere vides cognationem cum ea quae in vetustiore Iade solita est αο. Id solum interest, quod utraque ex αος nata est, sed in αο σ nullo supplemento periit, in αω ω factum est ex ο productione suppletoria. Prorsus similem deinde rationem utriusque dialecti invenimus in ε vel α ante digamma praeponendis. Nam quod in lingua epica quam esse volunt ἐέρση est, apud Cretenses ἄερσα sonuit Hesychio auctore: ἄερσαν· τὴν δρόσον. Κρῆτες. In huius α locum succedere etiam potest ο. Ad eiusdem linguae epicae similitudinem proxime accedunt aoristi mixti quem appellant reliquiae quae in Cretica dialecto exstant. Est enim ἀφέλαι in tit. C. I. 2557. 13. 26. pro ἀφελεῖν et haud scio an eodem modo explicanda sit forma si recte exhibetur in titulo παρισχαίεν C. I. 2556. 31. — Tum quamquam Doricam linguam τ ante ι diutius retinuisse constat quam reliquae, qui in σ mutaverunt (cf. Ἀρταμίτιος, Μιλατίοι), tamen Κρήσιος invenitur ap. Steph. Byz. s. v. Κρήτη. Eodemque pertinet αὐσαύτας pro αὐταύτας C. I. 2556, 5 cf. gl. Hesychii αὖς. Sed haec paulo incertiora sunt. Ad Atticae linguae quae vocatur regulam optativus exstat formatus ὀδικοίη in tit. C. I. 2556. 46, cuius

simile est δοκοίη in Argivorum foedere cum Lacedaemoniis inito (Thuc. V. 79). — Aeolico more nonnulla adverbia Cretica (sed in Gortyniorum et Hierapytniorum tantummodo dialectis) in νι exeunt. — Deinde dativus pluralis tertiae declinationis semel ad morem Doriensium septentrionalium in οις exit in vocabulo λιμένοις quod legitur in Rev. arch. 1864. II. p. 76. l. 4. Unum denique exemplum restat mutuatae a peregrinis formae, contractionis dico ε et ο vocalium in ευ diphthongum coalescentium. Quam vere Doricam non esse eo apparet quod nusquam aut in recentissimis huius dialecti titulis invenitur. Et ne in Cretica quidem lingua magis usitata fuit. Obviam enim fiunt Ἐπιφάνευς (Rev. arch. 1867. I. p. 422. l. 1), Κλευμενίδα C. I. 2573, 5. 2574, 5. 2573, 3. Κλευμενίδου apud Spratt. tab. I, 9. l. 12. (sed Κλουμενίδας in nummo Hierapytnio ap. Mionn. II. p. 283 n. 206), quae omnia exempla recentissima sunt. Addenda sunt εὐορκεῦντι in Mn. I. 89 (ubi Steinbüchelius -οῦντι legit) et τελεύμενα in eiusdem tituli l. 71; quae quam incerta sint in hoc titulo nemo ignorat. Unum huius contractionis documentum restat antiquiore tempore νευμηνίᾳ in lingua Arcadum omnium maxime formarum varietate perturbata (C. I. 3052, 2.). In quo peropportune accidit, quod Proclus in Bekkeri Anecd. p. 1164 Cretenses νεομηνία dixisse refert. Quare in Cretica quoque dialecto haec contractio sive Rhodiaca sive Cyrenaica nisi postremis temporibus non invaluisse iudicanda est.

Hic afferenda erant ea quae Cretensium dialecto cum barbaris communia sunt. Qua in re cum meo iudicio uti non possim, illa repetam quae ad Lyciae linguae similitudinem vel cognationem referenda esse M. Schmidtius existimat. Qui (in Kuhnii diar. XII. p. 214) οπ pro αβ (ἀβλοπές· ἀβλαβές. Κρῆτες. Hesych.) et α pro ο (ἄναιρον· ὄνειρον. Κρῆτες. Hesych.), ρ post literas dentales inculcatum (τρέ· σέ. Κρῆτες. Hesych.) in Lyciorum quoque lingua inveniri contendit. Nam in hoc assentior Schmidtio, ρ non ex *F* ortum esse ut ex litera valde aliena (Ahrens d. d. D. p. 51), praesertim cum nonnullae aliae glossae hoc ρ insertum habeant digammate non eliso.

---

§. 4. De iis quae Creticae dialecti propria videntur.

Iam ad postremam commentarioli partem transeo, ut ostendam quae in Cretica dialecto singularia eiusque unius propria exhibeantur. Quorum tria praecipue genera videntur esse, unum antiquitatis documentorum, alterum depravationis exemplorum, tertium formarum quarum similes in alia dialecto non inveniuntur quaeque tamen neque ex antiquissima linguae natura neque ex depravatione quadam videntur provenisse. Ex eorum igitur genere quae prioris linguae status reliquiae supersunt, digamma est. Quod nescio an in Cretica dialecto omnium diutissime remanserit. Nam non solum in antiquissimo titulo Gortynio et in primis et in mediis vocabulis exstat (*κατα*F*ελμένων* l. 13 et *ἀπο*F*είπαθθο* l. 11), sed etiam in initio nonnullorum vocabulorum usque ad tertium ante Christum saeculum servatum est. Velut, ut omittamus locum sane dubium et corruptum *FANBAΔIE* in Rev. arch. 1866. II. p. 401, F*ικαδίονος* legitur in tit. C. I. 2598, 2 F*αυξίων* in tit. Teio-Cretico ineuntis secundi saeculi C. I. 3050 et F*αξίων* in nummo apud Eckhelium II. p. 305. Mionnet. p. 263, 41. p. 264, 42. Itemque F*αξίων* scribemus Boekhium secuti C. I. 3050, 2 et F*αυξίων* in eiusdem tituli l. 13. 17. 23; F*έλχαν* in nummo ap. Mionnet. p. 289 n. 246; F*ολούς* denique in periplo apud Iriartum, ubi *Σολούς* vulgo scribitur, ut in marmore illo *Σαξίων* et *Σαυξίων* legebatur. — Deinde *νσ* quod etiam Argivis in usu erat, multo tamen diutius Cretenses retinuerunt, non omnes tamen sed nonnullarum urbium incolae antiquitatis tenacissimi, Gortynii, Vaxii, Rhaucii, Lasii. Quae consonarum coniunctio invenitur primum in accusativo plurali et declinationis primae (ut *πρειγευτάνς* C. I. 3050, 5) et secundae (ut *κόρμονς* in tit. Bergm. l. 41) et tertiae (ut *ἐπιβαλλόντανς* in tit. Gortyn. *βουστρ.* scripti l. 9, *σ*]*τατήρανς* in eiusdem tituli l. 15, *φοινίκανς* in tit. Bergm. l. 23). Deinde semel est in dativo pluralis tertiae declinationis *ἀπογρόφονσι* in tit. Bergm. l. 55, bis in femininis participiorum *ὑπαρχόνσας* C. I. 3050, 16 et *προϋπαρχόνσ*[*ας* C. I. 3050, 8. Neque aliena videntur vocabula *Πρίανσος* (quod postea in *Πρίασσος* vel *Πρίαισος* mutatum est) et *πάνσας* C. I. 3050, 7. cf. Schol. in Hom. Il. *Θ*, 448 in Crameri Anecd. Paris. III. p. 42: *Ἰστέον ὅτι τό· Οὐ μὲν θην* (l. *οὐ μέντοι*) *κάμετόν γ'* — *οὐ μέντον γρόφουσί τινες Ἀργολικῶς*

τε καὶ Κρητικᾶς· οἱ ἐξαιροῦντες τὸ ι ἐντάττουσι τὸ ν, τὴν εἰς πρόθεσιν ἐνς λέγοντες καὶ τὸ τιθείς τιθένς κ. τ. λ. Deinde locativi casus in Hierapytniorum lingua tria exempla restant, quae supra attulimus (p. 7). Fortasse ι quoque vetustius habendum est quam ει in vocibus eodem loco allatis ex lingua Gortyniorum ἰρήνας, Βινατίαν, Ἐλίθυιαν. Itemque facile existimaveris verba in δω exeuntia antiquiorem prae se ferre speciem quam quae in ζω terminentur in vulgari sermone (quippe quod ex djo natum videatur). Ex hoc genere est ἀγκωλιάδειν· ἅλλεσθαι Κρῆτες in Bekkeri Anecd. Gr. p. 327, 5 neque aliena videntur διαφυλάδων in tit. C. I. 3080, 17 et διαφυλάδεν Boeckhio auctore 3050, 11 (tit. ΔΙΔΕΥΛΔΕ) cf. etiam Δῆνα pro Ζῆνα in tit. Drerio.

Multo frequentiora sunt depravationis exempla, ut assolet in dialecto rudi neque ullo literarum usu exculta. Et primum quidem nonnumquam consonae mutae a genuina forma descenderunt. Qua de literarum mutatione v. imprimis Voretzschii commentariolum de inscriptione Cretica qua continetur Lyttiorum et Olontiorum foedus in p. 14 sqq., M. Schmidtium in Kuhnii diar. XII, p. 216—218, Helbigium in libello cui inscribitur Quaestiones de dialecto Cretica p. 14 sqq. Qua de re hoc solum monendum est, in nulla alia dialecto tam saepe has mutationes deprehendi quam in Cretica. Neque gravius certe argumentum esse potest quo probetur Cretensium linguam per longum tempus nulla aliarum gentium consuetudine et familiaritate affectam esse. Itemque multi iam animadverterunt assimilationis studio imprimis insignem esse Creticam dialectum v. M. Schmidtium l. c. p. 219. H. Weberum in Philol. 1865, p. 552. Voretzschium l. c. p. 12. Helbigium l. c. p. 34 sqq. In quo maxime mirum est θ geminatum. Eodem referenda sunt τὸμ Ποίτιον tit. Drer. l. 23, τὰγ Γᾶν l. 31, ὑπεχθῆται pro ὑπέκθηται C. I. 2556. 22, ἐχφερέσθαι Mn. II. 9, ἐγγόνοι pro ἔκγονοι saepius, multa alia eiusdem generis. Deinde horrida ineruditorum hominum lingua consonarum transpositionem adamavit, velut Ἀφορδίταν in tit. Drer. l. 26, Κυβράντας C. I. 2554, 14, ubi fortasse recte Boeckhius Κυρβάντας scripsit, Φιλόσταρτον pro Φιλόστρατον in Rev. arch. 1867. I, p. 268. Spratt. tab. II. 9. l. 5, πορτί saepius, Σίβυρτος pro Σίβρυτος ap. Steph. Byz. s. v. De σ pro θ, ρ pro σ succedente iam supra diximus. Λ quoque in ρ locum suffecti unum exemplum exstat ἀφαιλῆται tit. Bergm. 83 v. gl. λάκη.

Deinde ne ι quidem, quod saepe in Cretica lingua ponitur pro ε, hac vocali antiquior est; id quod apparet ex formis ἴωμεν pro ἕωμεν v. ὦμεν (C. I. 3048, 32. 3052, 27. 3058, 12), ἰόντες pro ἐόντες v. ὄντες (Mn. VI, 7), ἀμίων (C. I. 3047, 26 ?), Κρητογενία (C. I. 2554, 177), κιάται pro κεῖνται (tit. Bergm. 22), τίριος· θέρου[ς]. Κρῆτες. Hesych., in quibus omnibus nulla dubitatio relinquitur, quin ε antiquior litera sit. Itemque iudicandum est de verbis contractis et futuris in έω exeuntibus, qui nonnumquam in Creticae linguae monumentis in ίω finiuntur, velut κορμιόντων et κοσμιόντων (tit. Bergm. 4. Drer. 4. C. I. 3049, 15 al.) ὁρμιομένων (C. I. 3048, 33. 3058, 13), ἀλγίοντι (in epist. Epim.), ἀποθυμίω· ἀποφαίνω. Κρῆτες. Hesych. Quamquam Ahrens suspicatus est has esse Doricas diphthongos ιο et ιω. Sed quas affert huius sententiae causas, quod numquam nisi ante ο vel ω hoc ι pro ε ponatur et quod saepius ιω vulgari εο respondeat, eae non cadunt in Creticam dialectum. Nam et semper ιο ex εο, ιω ex εω natum est neque in ἐπιορκίοιμεν (tit. Bergm. l. 72) video quomodo diphthongum efficiam. — Inter haec depravationis exempla praeterea referenda est quasi obtusio quaedam vocalium, quae etsi huius dialecti non prorsus propria, tamen in ea paulo usitatior est. Quae digammi et β, π, φ vel ρ et λ consonantium vi maxime facta esse videtur. Est enim ἀπογρόφονσι in tit. Bergm. 55 cf. Ahrens. d. d. D. p. 120 et 582 et συγγρόφου in tit. Hermion. apud Rhangabeum in Ant. Hell. II. 2347. p. 109; ἀβλοπές· ἀβλαβές. Κρῆτες. Hesych.; πύτνα pro πέτρα in Ἱεράπυτνα et in nominibus propriis Λαγινόπυτον C. I. 2554. 153 et Μεταλλόπυτον C. I. 2554. 155, ἐφεύται pro ἐφέται ut videtur in tit. Drerio et in eiusdem tituli lingua ut dilatata et horridiore pronuntiatione eximia οὔρκια pro ὅρκια, οὐρεύω, ἐγγανομένους (pro quo tamen Dethierius recte fortasse coniecit ἐνδυομένους). Digammo haec obtusio tribuenda est in Ϝαυξίων pro quo usitatum etiam est Ϝαξίων, antiquior ut ex Ὄαξος apparet forma. Ἐλευθύας tamen vocabulum (C. I. 3058, 19) vel Ἐλεύθυια (Rev. arch. 1864. II, p. 76) non Cretensium solum erat, cum Ἐλευθώ legatur in Pind. Ol. VI, 42.

Reliquae sunt nonnullae formae Cretensium dialecti propriae, quae tamen neque in vetustiorum neque in recentiorum numero recte habentur. Quo ex genere est ου pro ευ positum in duabus vocibus, in ψουδία· ψευδῆ. Κρῆτες (Suid. et Phot.) et in

ἐξοδουσάντες pro ἐξοδεύσαντες (C. I. 2556, 53), itemque οι pro υ adhibitum in Ποίτιον pro Πύθιον (tit. Drer. 23) et ἄνθροισκα pro ἄνθρυσκα v. Bekkeri Anecd. Gr. p. 404 l. 22. EM. s. v. Vischer. in Mus. Rhen. 1856. p. 393 sqq. Eodem pertinet α ante digamma positum (pro quo epica lingua quam vocant ε vocali utitur) in vocabulo ἄερσαν· τὴν δρόσον. Κρῆτες. Hesych. Illa tamen de qua modo disputavimus vocalium obtusione, quam digammi quoque vi fieri docuimus, accidit, ut α in ο mutaretur. Inde orta sunt vocabula Ὄαξος et Ὀλίσσα pro Ϝάξος et Ϝλίσση. Sic enim diiudicandam esse censeo illam quaestionem de qua acerrime docti homines contenderunt, num in ο abire possit digamma vel umquam abierit. Deinde in productione suppletoria nonnulla prorsus singularia inveniuntur. Nam praeter solitum Doriensium morem α in ᾱ, ε in η, ο in ω producendi alia est ratio ε in ει mutandi (quae Cretensibus cum aliis dialectis communis est), α in αι in voce Πρίαισος ex Πρίανσος nata, ο in οι in γεροίταν· πάππον. Κρῆτες pro γερόνταν dicto. Tertium est huius productionis suppletoriae genus quo α in αυ, ε in ευ mutatur si λ excidit cf. Hesychii glossas: α[ὐ]κάν· ἀλκήν. Κρῆτες. αὐκύονα· ἀλκύονα. Κρῆτες. αὖμα· ἅλμη ὑπὸ Κρητῶν. αὖσος· ἄλσος. Κρῆτες. θεύγεσθαι· θέλγεσθαι. Κρῆτες. Quae mutatio etiam in nonnullis recentibus linguis ut in Batavorum invaluit. — Deinde Cretensium propria est genitivi singularis masculinorum nominum primae declinationis terminatio αω iam saepius commemorata in vocabulo Βιδατάω. — Itemque iam antea nonnumquam accusativum notavi tertiae declinationis in ν exeuntem, ut Ἀγαθοκλῆν C. I. 2558, 3; Μενεκλῆν C. I. 3052, 7, 35. 3053. A. 15; Ποσειδᾶν C. I. 2554, 179; Λατῶν C. I. 2554, 50. 55. 180, in Lyttiorum tit. a Voretzschio editi prioris l. 6. Λατοῦν in tit. Drer. l. 24. Γόρτυναν, de qua forma Steph. Byz. s. v. φασὶ δὲ τὴν αἰτιατικὴν οἱ μὲν δισυλλάβως Γόρτυν, οἱ δὲ τρισυλλάβως, Γόρτυνά τε τειχιόεσσαν, οἱ δὲ Γόρτυναν ὡς ἄμυναν cf. Eustath. 312, 41. 1468, 54. M. Schmidtium in Kuhnii diar. XII, p. 216. H. Weberum in Philol. 1865. p. 552. Totum denique hunc commentariolum finiam singularibus Ζεύς nominis formis Creticis. Est enim Τάν in nummis apud Eckhelium II, p. 301. Τᾶνα ut videtur C. I. 2555, 11 (Boeckhius [Z]ᾶνα scripsit), Τῆνα in tit. Lyttiorum Voretzschiani l. 5. Ττῆνα in tit. Bergm. l. 60, 61, 77 bis, denique Δῆνα in tit. Drerii l. 16 et 17.

Habemus igitur quatenus nunc iudicium facere licet Creticae dialecti speciem. Quare certe ex Doridis severissimo si vocabulo uti licet genere provenit, sed cum vulgaribus formis paulatim magis magisque mixta est, donec ad communis vitae sermonem prorsus descendit, tum nulla literarum consuetudine expolita innumeram paene copiam et vocum horridarum et absonarum et formarum ab omnis Graecae linguae norma longe recedentium recepit.

GLOSSAE CRETICAE.

Α.

Ἀβέλιον· *ἥλιον. Κρῆτες.* Hesych. In hoc vocabulo vestigium digammi retinetur, cuius quidem in locum *β* in Cretica dialecto successisse constat. Atque solitum id quidem est in initio vocabulorum, ut *Βοίνοπα* legitur in C. I. 2554, 127 (ubi titulus falso *Ῥοίνοπα* exhibere traditur); *Βοινοβίου* C. I. 2576, 3 et apud Sprattium in tab. I, 7 l. 10 (Osannus et Boissonadius minus recte *Κοινοβίου*); *Βαναξιβούλου* C. I. 2572, 5. 2577, 1; *Βολοεντίοι* pro *Ὀλούντιοι*; *Βῆρος* saepius pro Verus, *Βινατίαν* in tit. Bergm. l. 64 et 80 (cf. gl. *Εἴνατον*), fortasse *Βιαννία* quoque inde *β* recepit (hodie est Viano). Alia minus certa sunt, alia etiam falso huc referuntur ut *βαλικιώτης* et *βασκαρίζειν.* In mediis vocabulis *β* invenitur pro *F* positum in *Νέρβα* (C. I. 2572, 1. 2573, 1. 6. 2574, l. 2575. 2579, in quo miror quod Boeckhius semper *Νερούα* scripsit), in glossis *ἀπεξέβαι* et *ἴβηνα.* — In ipsa glossa *ἀβέλιον* cum digammi radicem non videamus iis fortasse assentiendum est, qui saepius in Cretica lingua sine certa causa hanc literam in media vocabula inculcatam esse censent cf. Dethier. in Act. acad. Vindob. 1859. vol. XXX. p. 468. Idemque videtur Pamphyliorum linguae proprium fuisse, quod satis demonstrant glossae Hesychii *ἀβελίην*· *ἡλιακήν. Παμφύλιοι* et Phavorini (p. 147): *βαβέλιος ἀντὶ τοῦ ἀέλιος ὅ ἐστιν ἥλιος κατὰ γλῶσσαν Παμφυλίων.*

ἀβλοπές (cod. *ἀβλόπες*)· *ἀβλαβές. Κρῆτες.* Hesych. In hoc vocabulo *β* in *π* mutatum videmus cf. *ἀροπῆσαι.* De obtusione vocalis v. comm. p. 17.

ἄγδυς· *ἄγγος Κρητικόν.* Hesych. *γ* literae in *δ* mutatio agnoscenda est ut in *ἀδνός.*

ἀγελάστους· *ἐφήβους. Κρῆτες.* Hesych. cf. Plut. Lyc. 16. Plat. de legg. III. 694. E, qui *ἀγέλας ἀνδρῶν* Spartanorum et Cretensium commemorat. *ἀγέλας* legitur C. I. 2554, 35. 44.

Drer. 154. cf. Dethierium ad tit. Drer. l. 11 (ubi *ἀγελάοι* legitur) Vide gl. *ἀπάγελος*.

ἀγκυρίττει· μεταμέλεται. Κρῆτες. cf. Ahrens. d. d. Aeol. p. 176: ‚Verba in *ζω* Boeotii finiverunt in *ττω* itemque Lacones ut videtur *δδ* in *ττ* mutantes‘ v. Arist. Lys. 1167: *βλιμάττομες* EM. 144, 46: *ἁρμόζω· ἁρμόττω Δωρικῶς.* Ad huius glossae ut videtur normam M. Schmidtius *δηρίττειν· ἐρίζειν* Cretensium tribuit dialecto non idonea de causa.

ἀγκωλιάδειν· ἅλλεσθαι. Κρῆτες. Bekker. Anecd. Gr. p. 327, 5 cf. Hesychii gl. *ἀγκωλιάζειν· ἀλλόμενος τῷ ἑτέρῳ ποδί.* Illa forma vere Cretica esse videtur v. *διαφυλάδων* et *διαφυλάδεν* et comm. p. 15. *δ* pro *ζ* saepius poni in Cretica lingua demonstratur exemplo locupletissimo *Δῆνα* pro *Ζῆνα* in tit. Drer. l. 16 et 17. Vocabulum *ἀγκωλιάδειν* compositum videtur ex *ἄν* (Cretica syncope pro *ἀνά*) et *κωλία*, ut sit *ἀναπηδᾶν* v. Lobeck. Proll. p. 134. De hac voce sic existimandum est *ἀσκωλιάζειν* *σ* inserto vulgarem formam esse, rectiorem et antiquiorem in Cretica dialecto servatam *ἀγκωλιάδειν* (v. *-δεν*). Bachmanni Anecd. II. p. 342, 13: *ἀσκωλιάζειν· τῷ ἐφ' ἑνὶ ποδὶ βεβηκότα οὕτως κινεῖσθαι, τὸ δέ ἐστιν ἅλλεσθαι· μονόποδι γάρ τί ἄλλο εἰς κίνησιν περιλείποιτο ἢ ἅλλεσθαι; ἀσκωλιάζοντι οὖν ἀντὶ τοῦ μονόποδι.* Plat. Conv. 190. D. Inde sequitur etiam *ἐπισχύρους* pro *ἐπικούρους* falso Creticam glossam a M. Schmidtio haberi.

ἀγλαόν· γλαφυρόν. Κρῆτες καὶ Κύπριοι. Hesych.

ἀγλαφόρε, ᾆσιτε. Κρῆτες. Hesych. Glossa valde suspecta est.

ἀγνεῖν· ἄγειν. Κρῆτες. Hesych. Simile est Homericum vocabulum *ἀγινέω* v. Ahrens. d. d. Dor. p. 284 et Curtium Tempp. et Modd. p. 79, qui praesentia *νε* literis aucta haec enumerat: *ἱκνέομαι, ὑπισχνέομαι, κυνέω, βυνέω, οἰχνέω, ἐνδυνέω* (Herod. pro *ἐνδύνω*), *πινέομαι* (Hippocr. pro *πίνω*), *πιτνέω*.

ἀγορά· τόπου ὄνομα .... Κρῆτες τὴν ἐκκλησίαν Bekk. Anecd. p. 210, 8—10. Quare Cretica est glossa Hesychii

ἀγορᾶς· ἐκκλησίας ἢ ῥητορείας. κατ' ἀγοράν ‚in contione‘ exstat in tit. Gort. *βουστροφηδόν* exarati l. 12.

ἀγχίξαι· ἐγγίσαι. Κρῆτες. Hesych. Glossa ab *ἄγχι* derivanda est.

ἀδαμία· τὸ ἀδικάστως φονεύειν. Κρῆτες. Hesych. Glossa obscura est, ut

ἀδεμάν· ὅταν. Κρῆτες.

Ἀδιούνιος ταῦρος· ὁ ἥλιος ὑπὸ τῶν Κρητῶν οὕτω λέγεται· φασὶ γὰρ τὴν πόλιν μετοικίζοντα ταύρῳ προσεικασθέντα προηγεῖσθαι. Bekk. Anecd. p. 344. l. 10.

ἀδνόν· τὸ ἁγνόν. Κρῆτες. Phavor. p. 17. Huic vocabulo cognatum videtur Ἀριάδνη. v. Ahrens. d. d. Dor. p. 109.

ἄελ. ον· ἕωλον. Κρῆτες. Hesych. Glossa obscura.

ἀείρακος. ἡ ἔλαφος παρὰ Κρήταις (?) Suid. I. p. 126. 6. cf. Koenium ad Greg. Cor. p. 593.

ἄερσαν· τὴν δρόσον. Κρῆτες. Hoc vocabulum cum sit pro ἕρσαν vel potius pro Fέρσαν efficitur ante digamma Creticam dialectum α (vel ο) admisisse v. comm. p. 13 et 18.

αἰγιδόκος. v. Matrangae Anecd. Graec. p. 463. l. 27 (Schol. in Hom. Il. *Β.* 157): ὅθεν καὶ αἰγιδόκον τόπον τινὰ ἐν Κρήτῃ καλεῖσθαι ἱστορεῖ Εὐφορίων. Ex hoc loco corrigendus est Schol. in Hesiod. Theog. 484 (ed. Gaisford. III. p. 424): Ἀφ᾽ οὗ ἐν Κρήτῃ καὶ Αἰγὸς ὄρος καλεῖται καὶ Αἰγαῖον τὸ ὑπ᾽ ἐνίων ἔκδικον καλούμενον. Pro ἔκδικον enim legendum videtur αἰδόκον non ut vult Gaisfordius Δικταῖον. Αἰδόκον autem pro αἰγιδόκον vere Creticum esse comprobatur Et. Gud. p. 14, 24: Αἰγοπολός· Κρητικῇ συγκοπῇ αἰπόλος· ὁ αἰγοβοσκός.

αἰέν· αἰεί v. gl. ἐνς.

αἰθερτητόν· τὸ εὐθυμητόν. Κρῆτες. Hesych. Glossa obscura.

ἀκαθόν· ἀγαθόν. Hesych. Glossam Creticam M. Schmidtius ideo putat, quod γ videtur in κ commutatum esse in hac dialecto. Certa huius mutationis exempla duo exstant κλάγ[γ]ος· γάλα. Κρῆτες et Καρτεμνίδες· οἱ Γορτύνιοι· Κρῆτες. Minus certa sunt φαίκανον· πήγανον; βαῖκαν· αἶγα; incertissima et sine dialecti nota ἀκαθόν; ἀκητόν; κάναθοι· γνάθαι; καραβίδες· γρᾶες; ὑκελόν· ὑγιές. Hoc igitur constat a Cretica dialecto non alienam fuisse hanc mutationem sed fortasse ei cum altera communis fuit.

ἀκακαλλίς· ἄνθος ναρκίσσου. Κρῆτες. Hesych. cf. κακαλίς· νάρκισσος.

ἄκαρα· τὰ σκέλη. Κρῆτες. Hesych. EM. 45, 16.

ἀλινόν· ἀμυδρόν. Κρῆτες. Hesych. cod. ἀλιννόν quod Voretzschius de inscr. Cret. p. 12 ex ἀλιχνόν natum esse putat.

ἀλλάθαρον· ἁλμυρόν. Κρῆτες. Hesych. Voretzsch. de inscr. Cret. p. 12 λλ ex λμ assimilatione factum esse existimat, ut Σαμμωνία ex Σαλμωνία. Neque infitiandum est, magnum in

Creticis vocabulis campum assimilationem habere. Licet tamen de hac voce dubitare.

ἀλυκτεῖ· *ὑλακτεῖ. Κρῆτες.* Hesych. EM. 71, 33. Voretzschius l. l. glossam cum *ὀλολυγή* comparat, ut ex *ἀλυγ-τεῖ* orta esse videatur.

ἀμάδεα· Athen. III. 76. e: *Ἑρμῶναξ δ' ἐν γλώσσαις Κρητικαῖς σύκων γένη ἀναγράφει ἀμάδεα καὶ νικύλεα.* Etymon latet.

ἅμακις· *ἅπαξ. Κρῆτες.* Hesych. Herodian. ed. Lenz. II. 474, 2. Non *π* in *μ* mutatum esse iudicandum est (Ahrens. d. d. Dor. p. 85. 262), sed alia radix agnoscenda, ut in *ἅμα* et *ὁμοῦ*.

ἀμεργὸν ές· *ἡ εἱμαρμένη. Κρῆτες.* Hesych. V. M. Schmidtium ad locum.

ἀμήλι(χον)· *ἀκολάκευτον. Κρῆτες.* Hesych. Si recte legimus *ἀμήλιχον*, elatum est pro *ἀμείλιχον*. Constat enim in vulgari sermone itemque in mitiore quam vocant Doride productione vicaria ex *ε* nasci *ει*, in severiore Doride *η*. *μείλιχος* autem Aeolice sonat *μέλλιχος*. Simili modo *η* invenitur pro *ει* positum in *δηράδα* C. I. 2554, 134. 169. 2561, 6. 65. tit. Bergm. 18. 19 (Lesbiace *δέρρα*), *ἦμεν* pro *εἶναι* (Aeolice *ἔμμεν*) saepius et in aoristis verborum liquidorum, ut *ἀποστηλάντων* Mn. IV, 2; *παραγγήλωντι* (sic Maittaire, Chishull, Chandler, Ahrens. d. d. D. p. 158, Boeckhius minus recte *παραγγέλωντι*); fortasse *νήμη* C. I. 2556, 27 (Ahrens. l. c.), ubi Boeckhius *νείμη* scripsit. Cuius tamen lectio hic praestat, cum in titulo sit ΝΕ..Μ..

ἀμήτορας· *κιθαριστάς. Κρῆτες.* EM. 83, 15. v. Hesych.: *Ἀμητορίδας καθαριστὰς Κρῆτες ἢ κιθαριστάς.* Suspicor *ἀμήτορας* dici pro *ἀμητῆρας* ut sacerdotes Apollinis piaculis praefecti intelligendi sint, quos cithara cecinisse constat, velut Thaletas.

ἀμίτρα· (cod. *ἅμιτρα*)· *μικρά. Κρῆτες.* Hesych. *ἀμίτρους παῖδας* Callimachus H. in Dian. 14 puellas vocat nondum nubiles.

αἵμνιον· *τὸ ἄγγος τὸ αἱμαδόχον.* Suid. II. p. 36, 25. Accuratius de hoc vocabulo disputat Schol. in Hom. Od. *γ*, 444 in Crameri Anecd. Par. III. p. 436: *ἄμνιον ὡς πήνιον. Κρῆτες δὲ αἵμνιον αὐτό φασιν. ἄμνιον τὸ ἀγγεῖον τοῦ ὑποσφάγματος. Νίκανδρος δὲ καὶ Θεοδωρίδας ἀπὸ τοῦ δάμνασθαι προφέρονται ἀσυνδέτως δάμνιον. Πορσίλλος δὲ ὁ Ἱεραπύτνιος παρὰ Ἱεραπυτνίοις ἔτι σώζεσθαι τὴν φωνὴν αἵμνιον δασέως μετὰ τοῦ ι κατ-*

αρχὴν προφερομένην παρὰ τὸ αἷμα. Ex hoc loco corrigenda est etiam Phavorini glossa *ἀμνίον.* (p. 63, 13 sqq.).

ἀμυρτόν· ἱμάτιον. Κρῆτες. Hesych.

ἀμφε[ν]ώτας· ὁ Κρητικὸς χιτών. Hesych. Vocabulum ab *ἀμφιέννυμι* verbo deducendum est. v. M. Schmidtium ad l.

ἀμφινῶ· τοὺς χιτῶνας [ἢ φελώνας] Κρῆτες. Hesych. Glossa corrupta est.

ἄναιρον· ὄνειρον. Κρῆτες. Hesych. cf *ἄναρ· ὄναρ* apud eundem.

ἀνανέσαι· καταστῆσαι. Κρῆτες. Hesych. Glossa obscura est.

ἀναφαία· ἡ θερμοποτὶς παρὰ Κρησίν. Athen. XI. 783. e.

ἀνδρεια· ἰσχὺς καὶ τὰ συσσίτια Κρητῶν. Hesych. Athen. IV. 186, b (cf. 143 bc): *τὰ δ' ἐν Σπάρτῃ φιδίτια καὶ παρὰ τοῖς Κρησὶν ἀνδρεῖα μετὰ πάσης ἐπιμελείας αἱ πόλεις συνῆγον.* Plut. Lyc. 12: *τὰ δὲ συσσίτια,* inquit, *Κρῆτες ἀνδρεῖα προσαγορεύουσιν.* Vera Cretica forma est *ἀνδρήϊον* C. I. 2554, 52. 2556, 38.

ἀνδρόβασμος· στενὴ ὁδός Hesychii glossam M. Schmidtius ad Cretensium linguam refert comparans *ἀνδροβάμονας* C. I. 2570, 2.

ἀνδρόμεον· ἱμάτιον. Κρῆτες. Hesych.

ἄνθρυσκα· τὰ ἄνθη, παρὰ τὸ ἀναθρώσκειν. λέγεται δὲ καὶ τὸ ἄνισον παρὰ Κρησίν EM. cf. Hesychii glossam *ἀνθρίσκιον* et Bekkeri Anecd. p. 404, 22.

ἄνσατον· ἅψασθαι, συνάψαι. Κρῆτες. Hesych. Glossa obscura est. M. Schmidtius scribi iubet *ἀνςαῦόν· ἔναψον.*

ἀνταλλαγῆν· ἀναπαύσασθαι. Κρῆτες. Hesych. Voretzschius ex *ἀντι-ανα-λήγω* existimat ortum esse. Sed hunc iam alii redarguerunt. Fortasse cogitandum erit de infinitivo aoristi secundi verbi *ἀνταλλάσσω* cf. Buttmanni Ausf. Sprachl. I. p. 366. Sed prorsus expedire glossam non possum.

ἀπάγελος. ὁ μηδέπω συναγελαζόμενος παῖς. ὁ μέχρι ἐτῶν ἑπτακαίδεκα. Κρῆτες. Hesych. cf. gl. *ἀγελάστους.*

ἀπόδρομος· Phavor. p. 105: *ἀπόδρομος λέγεται ὁ πεπαυμένος ἀπὸ τῶν δρόμων πρὸς ὁμοιότητα ἴσως τοῦ ἀπόμαχος. ἕτεροι ἄλλως χρῶνται τῷ ἀπόδρομος φάμενοι ὡς ἐν Κυρήνῃ μὲν τοὺς ἐφήβους τριακάπους καλοῦσιν, ἐν τῇ Κρήτῃ ἀποδρόμους διὰ τὸ μηδέπω τῶν κοινῶν δρόμων μετέχειν· οὕτω δὲ καὶ Καλλίμαχος ἀπότριχα τὸν ἄνηβον ἔφη.* v. Phav. s. v. *βρέφος.* Crameri Anecd. Par. III. p. 233. l. 5. Eustath. 727, 18. 21. 1592, 55. 1788, 56. v. gl. *δρόμοις.*

ἅπας· χαλκῆ λαμπρ ὁ Κρῆτες. Hesych. Glossa obscura est quaeque vix explicationem inventura sit. Voretzschii sententia qui pro *ἥβης* efferri putat, certo fundamento non nititur.

ἀπεξέβαι· τὸ ἀποπατεῖν. Κρῆτες. Hesych. Voretzschius cum aliter glossam explicari non posse putaret *ἀπεξέβαι· τὸ ἀποπτοεῖν* correxit ut *ἀπεξέβαι* sit pro *ἀπεκσεῦαι.* Sed vide quam incerta sint omnia, duplex praepositio et explicationis correctio et formae ipsius interpretatio. Contra si *ἀποπατεῖν* retinebimus, praepositionum *ἀπό* et *ἐκ* coniunctio aptissima erit. Manet *ἔβαι* quam infinitivi formam esse oportet. Neque insolitum est in Cretensium lingua, ut aoristi quem dicunt secundi infinitivus in *αι* terminetur, id quod probat *ἀφέλαι* C. I. 2557, 13 et 26. Sed verbum quo hunc infinitivum referam non invenio. Quare *ἀπεξεβᾶν* scribendum esse censeo quod quidem ab *ἐβᾶν* Cretica forma pro *ἐᾶν* proveniat. *εὖα* enim et *εὔασον* pro *ἔα* et *ἔασον* Cretenses dixisse Gregorius Corinthius tradit.

ἀποθυμίω· ἀποφαίνω. Κρῆτες. Hesych. Simplicissima mihi videtur esse huius glossae explicatio. Est enim pro *ἀποθυμέω* id est ‚animi sententiam proloquor'. Quocum congruit *ἀποφαίνω* quoque interpretatio v. Batrach. 144: *ὣς εἰπὼν ἀπέφηνε.* *ι* autem ex *ε* in Cretica lingua saepe natum esse e permultis exemplis constat v. p. 16 sq.

ἀποφθαράξασθαι· τὸ τοῖς μυκτῆρσιν εἰς τὰ ἔξω ἦχον προέσθαι (cod. *προ.εσθαι*, fortasse *προίεσθαι*)

ἀποφλάσαι· (*ἀποφλᾶσαι* et Hesychii codex et Phavorinus, emendavit Lobeckius)· *ῥογχάσαι. Κρῆτες καὶ Σάμιοι.* Hae glossae varie tentatae ab interpretibus sic optime constituentur, ut *ἀποφθαράξασθαι* (quod recte ad *πταρεῖν* refertur) ex poeta quodam desumptum sit eique adscripta vocabuli similis notionis *ἀποφλάσαι* interpretatio, quod Cretensium et Samiorum erat. *ῥογχάσαι* idem esse atque *ῥέγχω* vel *ῥέγκω* apparet. *ἀποφλάσαι* autem a *φλάζω* recte Lobeckius deducit (Rhem. p. 9), cuius auctior forma *παφλάζω* non raro de mari spumante vel de animi perturbationibus dicitur. cf. Arist. Pax. 314: *παφλάζων καὶ κεκραγώς.* Equ. 919: *ἀνὴρ παφλάζει, παῦε παῦ' ὑπερζέων.*

ἄργετος· ἡ ἄρκευθος. Κρῆτες. Vix credo *ἄργετος* Creticam formam ex vulgari *ἄρκευθος* nescio qua literarum mutatione exstitisse. Nulla enim in hac dialecto exempla inveniuntur, quibus probetur aut *κ* in *γ* aut *θ* in *τ* aut *ευ* in *ε* transire posse.

Imo γ in κ, τ in ϑ, ε in ευ nonnumquam mutata esse verisimile est. Quare ἄργετος iuniperus appellata videtur propter subviridem et candentem arboris frondem. Ἄργετος ipsum quidem alias non invenitur, sed ἀργέτις a Nonno (Dion. V, 516) ἠώς dicitur.

Ἀριδήλαν· τὴν Ἀριάδνην. Κρῆτες. Hesych.

ἄρκηλα· ᾠόν. Κρῆτες τὴν ὕστριχα. Hesych.

ἀροπῆσαι· πατῆσαι. Κρῆτες. Hesych. Recte videtur Voretzschius παταγῆσαι scribere, ut ἀροπῆσαι sit pro ἀραβῆσαι. v. gl. ἀβλοπές.

ἀρπετόν· ἀκόμιστον. ἢ ἰκτῖνον. Κρῆτες. Hesych. Ahrens recte Creticum vocabulum videtur ἄρπετον accinere (d. d. Aeol. p. 77). Vocabulum a radice ΑΡΠ lat. RAP derivatur, cui rapiendi notio inest. De formatione in ετος conferenda est glossa ἄργετος. Quare necesse non est cum Schmidtio ad ἅρπη glossam Κρῆτες referre, licet legatur apud Eustathium p. 1256: ἅρπη εἶδος ὀρνέου. τινὲς ἰκτῖνον καλοῦσιν. λέγεται δὲ καὶ δρέπανον.

ἀρχιλλάν· ἀρχιποίμενα. Κρῆτες. Hesych., quod iure videtur Salmasius in ἀρχίλαν mutasse Tarentina vocabula respiciens βειλάρχας et βειλαρμόστας.

ἄσβεσθε· διέφθειρε. Κρῆτες. Hesych. Glossa multum tentata necdum explicata.

ἀσχέλιον· τραχύ. Κρῆτες. Vossius ἀσκελής comparavit a σκέλλω vocabulo derivatum, ut sit exsiccatus vel aridus v. Interprr. ad Hom. Od. κ, 463. Et α quidem in Cretica dialecto vocabulis praeponi a digammo potissimum ineuntibus ad gl. ἀβέλιον et ἄερσαν commemoravi. Ne κ quidem literae in χ mutatio offensionem habere potest. Nam Cretes amantissimos fuisse aspirationis praesertim post ρ, ν, σ Voretzschius recte monuit exemplisque docuit (de inscr. Cret. p. 17). Addenda sunt ἄχηρον· ἀκρίδα. Κρῆτες. Hesych. et ἔσθων pro ἔστων in tit. C. I. 2554. l. 85 et Mn. V. 12. Quamquam non omnes glossas, quas propter eandem mutationem M. Schmidtius Cretibus attribuit, vere Creticas putaverim (ἄχνημος· νῆστις; δορχελοί· ἀστράγαλοι; λιχμάς· θρῖναξ; οἰχῶρος· οἰκοῦρος; ῥιχνοῦσθαι· κινεῖσθαι ἀσχημόνως; ἐνταχείς· ἐμφυείς; ἐπισχύρους. ἐπικούρους; κόρχορον· λάχανον ἄγριον).

ἀτερέα· ὄρος γοργόν. Κρῆτες. Hesych. Ni fallor ad radicem vocabuli τέρην glossa referenda est ut ἀτέραμνος. cf. ἀτέραμνος πέτρα Theocr. X. 7.

ἀττάρυμα· πόμα. σόφισμα Κρητικόν. Hesych.

αὐγεῖν· ἀλγεῖν. Hesych. Creticum vocabulum est quoniam huius unius dialecti proprium est αλ in αυ, ελ in ευ mutare. Cum enim usitatum sit Cretensibus ante vel post λ vocales obtundere (v. p. 16) et obtundere saepissime υ inserto vel affixo, mirum esse non debet λ elisum suppleri υ vocali cf. αὐκάν αὐκύονα, αὖμα, αὖσος, εὐθεῖν, θεύγεσθαι. v. p. 17.

α(ὐκ)άν· ἀλκήν. Κρῆτες. Hesych.

αὐκύονα· ἀλκύονα. Κρῆτες. Hesych.

αὖμα· ἅλμη. ὑπὸ Κρητῶν. Hesych.

αὖς· αὐτός. Κρῆτες καὶ Λάκωνες. Hesych. Glossa ipsa cum probabilitatem nullam habeat Ahrens (d. d. Dor. p. 247. 272) recte, ut mihi videtur, levissima mutatione correxit: αὔσαυτος· αὐτός collata tit. C. I. 2566. l. 5 ubi legitur: εὐξαμένα ὑπὲρ αὐσαύτας εὐχάν.

αὖσος· ἄλσος. Κρῆτες. Hesych. v. gl. αὐγεῖν.

ἀφαμιῶται· οἰκέται ἀγροῖκοι, περίοικοι (cod. πάροικοι). Hesych. V. Athen. VI. p. 263 f.: Σωσικράτης ἐν δευτέρῳ Κρητικῶν· τὴν μὲν κοινήν, φησί, δουλείαν οἱ Κρῆτες καλοῦσι μνοίαν, τὴν δὲ ἰδίαν ἀφαμιώτας, τοὺς δὲ περιοίκους ὑπηκόους cf. Strab. XV. 701. XII. 542. Derivandum est vocabulum ab ἀφαμίαι· ἀγροί Hesych. quae vox etiam ἐφημίαι sonat.

αὐτεῖ· τὸ αὐτοῦ (Κρῆτες) αὐτεῖ Greg. Cor. De adverbiis in ει desinentibus v. κηρούει.

ἀφρατίας· ἰσχυρός. Κρῆτες. Hesych.

ἀχαιΐνέαι· Ἀχαία (EM. Ἀχαιΐνέαι) πόλις Κρήτης, ἐν ᾗ γίνονται ἀχαιΐνέαι λεγόμεναι ἔλαφοι. Schol. in Apoll. Rh. III. 175. Rectius tamen Hoeckhius (Cret. I. p. 430) Hesychii glossas contulit: ἀχαιά· ἔρια μαλακὰ et ἀχαί· νεβρῶν ἐλάφων ἡλικίαι. Vocabulum exstat apud Arist. H. A. II. 15. 9, 5. Babr. 95, 87 et saepe apud Opp.

ἄχηρον· ἀκρίδα. Κρῆτες. Hesych. v. gl. ἀσχέλιον. κ in χ mutatum est vi ρ literae quae non contra dialecti Creticae normam transposita est cf. p. 15 et κίρκον pro κρίκον Greg. Cor. ἄχερδος denique productione suppletoria Creticae dialecti propria in ἄχηρος abiit cf. πῆριξ. Dubium tamen esse potest, num potius pro ἀκρίδα ἀχράδα scribendum sit, ut quod idem significet atque ἄχερδος.

ἄχνυλα, κάρυα. Κρῆτες. Hesych. Helbigius Quaest. de

dial. Cret. 25 ad radicem *ἀγ* (a quo *ἄγνυμι*) refert cf. gl. *θάπτα*. Equidem ab *ἄχνα* derivandum puto ut dictum de nucum quarundam lanugine.

ἀχράς. Schol. in Nicand. Ther. 512: *Ἑρμῶναξ ἐν ταῖς Κρητικαῖς λέξεσι τὴν ἀγρίαν ἄπιον ἀχράδα φησὶν εἶναι.* Vocabulum invenitur Arist. Eccl. 355 et saepius.

ἀχυρμιάς. Greg. Cor.: *τοὺς σωροὺς τῶν ἀχύρων ἀχυρμιὰς λέγουσιν (Κρῆτες).* Explicatur Hom. Il. *E*, 502: *αἱ δ' ὑπολευκαίνονται ἀχυρμιαί.*

B.

Βαῖκαν . . . . Κρῆτες. Hesych. *Βαῖκαν· αἶγα* coniecit Is. Vossius quem sequitur Meinekius. Neque negari potest tres mutationes quas vocabulum passum est a Cretica dialecto non alienas esse, et *β* digammi loco positum et *γ* literae in *κ* mutatio (v. gl. *ἀκαθόν*) et accusativi forma in *ν* terminata (v. p. 17). In quo ne illud quidem dubitationem movere potest, quod in *αἴξ* voce digammi nullum vestigium remansit, quoniam Cretes digamma vel potius quae ex eo natae sunt literae *υ* vel *β* nulla causa inculcaverunt. V. p. 19, gl. *ἀβέλιον* et *εὔα*. — Tamen propius ad traditam glossae formam accedere videntur correctiones Pearsoni *βαί· κἂν* et Heringae *βαί κα· ἐάν*, quarum utraque formas vere Creticas ostendit.

βακόν· πεσόν. Κρῆτες. Hesych. Hic quoque dubium esse potest, utrum *βακόν* pro *ἄβακα* vel *ἀβάκιον· πεσσόν* scriptum putemus an *πεσόν* in *πισόν* mutato *βακὸν* pro *φακόν* elatum esse censeamus, ut ad normam Macedonicae dialecti *φ* in *β* transeat (Eustath. 1654, 19). Illud et simplicius et veri similius praesertim cum certum Macedonicae mutationis exemplum in Cretica dialecto non exstet.

βάλανοι· τὰ ἐξηρτημένα τῶν ὅρμων· καὶ ὁ τῶν δρυῶν καρπὸς κυρίως ὑπὸ Ξενοφῶντος, καὶ οἱ τῶν φοινίκων· καὶ αἱ κλεῖδες βάλανοι, καὶ τὰ ἐμπίπτοντα τῇ κλειθρίᾳ· Κρῆτες δὲ τὰ ἀμύγδαλα βαλάνους. Bekker. Anecd. p. 225. l. 9.

Διὸς βάλανος. Hermonax apud Athen. II. 53. c: *Ἑρμῶναξ δὲ καὶ Τιμαχίδας Διὸς βάλανόν φησι καλεῖσθαι τὸ ποντικὸν κάρυον.* cf. Hesych. s. v.

βαλίαν· ἔλαφον κατάστικτον, ποικίλον. Κρῆτες ταχύν. πηρόν· βάλιον. Hesych. Glossam multi explicare studuerunt dubitantes

maxime quo *Κρῆτες* revocarent. Et *βαλιός* quidem vocabulum cum non inusitatum apud poetas est tum hic locus Hecubae Euripidis explicatur (v. 90), ubi legitur *εἶδον γὰρ βαλιὰν ἔλαφον λύκον αἵμονι χαλᾷ σφαζομέναν.* Initium igitur glossae sic constituendum erit: *βαλιὰν ἔλαφον· κατάστικτον, ποικίλον.* Cretenses num hoc vocabulo pro *ταχύς* usi sint, incertum est. In Etym. Gud. p. 103 *βαλεῖαι· ταχεῖαι* nullo dialecti indicio affertur. Melius fortasse nisi ad utramque vocem pertinet, referendum est ad *πηρόν* cum Guyeto qui *καὶ τὸν πηρὸν Κρῆτες βάλιον* coniecit, memor fortasse alius Hesychii glossae *βέλλιον· ἀτυχές. Κρῆτες.*

βαλικιώτης· συνέφηβος. Κρῆτες. Hesych. *βαλικιώτης* quin pro *ἡλικιώτης* sit dictum, cum dubitare non liceat (cf. Ahrens. d. d. Dor. p. 45), *β* unde deductum sit, non liquet, quoniam *ἡλίκος* eiusque derivata digamma non habeant. Quare concedendum erit Creticam dialectum ut digammi amantissimam, temere hanc literam saepius et proposuisse et inseruisse cf. gl. *ἀβέλιος* et *βαῖκαν.* Eadem est ratio glossae

βασκαρίζειν· σκαρίζειν. Κρῆτες. Hesych. Quo vocabulo probari videtur non solum ante digamma (cf. gl. *ἄερσαν*), sed etiam ante duas consonas *α* ponere licere in dialecto Cretica.

βέλλιον· ἀτυχές. Κρῆτες. Hesych. v. gl. *βαλίαν.*

βέντιον· ἀντὶ τοῦ βέλτιον Κρῆτες λέγουσιν. Phavor. p. 154. qui sequitur Gregorium Corinthium. v. Gramm. Meermann. qui *ἦνθεν* pro *ἦλθεν* Cretensibus tribuit. Iam vero Koenius (ad Greg. Cor. p. 354) recte annotavit, Theocriteas has formas esse vel in vulgari Doride usitatas, Cretenses autem *βεύτιον* et *ηὖθεν* pronuntiasse oportere. cf. gl. *αὐγεῖν.*

βόλος· ὑπὸ Κρητῶν καὶ ἡ διὰ σαγήνης ἄγρα καὶ ὁ τῶν κύβων καὶ ἀστραγάλων. EM. 215, 26. cf. Hesych. s. v.

βρε[ῦ]κος (sic ex ordine restituendum est pro eo quod in codice est *βρέκος*)*· ἡ μικρὰ ἀκρὶς ὑπὸ Κρητῶν.* Hesych. Bekkeri Anecd. (p. 223, l. 20) *βραῦκος* exhibent, sed hic quoque ordine glossarum *βρεῦκος* postulatur.

Βριτόμαρτις· ἐν Κρήτῃ ἡ Ἄρτεμις. Hesych. v. glossam sequentem.

βριτύ· γλυκύ. Κρῆτες. Hesych. Conferenda sunt Solini verba in Polyh. c. 11: ‚Cretes Dianam religiosissime venerantur, Britomarten (sed nusquam alia forma exstat nisi *Βριτόμαρτις*) gentiliter nominantes, quod sermone nostro sonat virginem

dulcem' et Schol. in Callim. H. in Dian. 190. *Βριτόμαρτις ὄνομα κύριον τῆς νύμφης, ἀφ' ἧς καὶ Ἄρτεμις ἐν Κρήτῃ Βριτόμαρτις τιμᾶται ὡς Διογενιανός.* Formam *βρίτος* a quo proprie *Βριτόμαρτις* derivatur, exhibet EM 214, 29 *βρίτον· ἀγαθόν.* Recte ut videtur *βριτύς* vel *βρίτος* ad *βλιτ* radicem refertur, unde et *βλίττω* et *μέλι* deducuntur.

Γ.

γάρσανα· φρύγανα. Κρῆτες. Hesych. Recte si *γάρσανα* scribitur, fortasse cum *γέρρον* vocabulo glossa cognata est. Sed veri similius est *τάρσανα* mutare cum Lobeckio (Proll. p. 175), quocum congruunt et *ταρσός* et *τέρσομαι* et Hesychii glossa *τραύσανον· ξηρὸν πᾶν ἢ φρύγανον.*

γάστριον· πέμμα σησαμῶδες παρὰ Κρησίν. Hesych. EM. 221, 45. Bekker. Anecd. p. 230. l. 19. Ad *γαστήρ* referre glossam malim, quam Voretzschio assentiri, qui pro *Ϝαδ-τριον* eam dictam esse putat.

Γελχάνος. ὁ Ζεὺς παρὰ Κρησίν. Hesych. *Γελχάνος* legitur etiam in nummo in Bull. dell' inst. arch. 1841. p. 61 et 174, ut dubitatio vix relinquatur quin *γ* rectum sit. Quod tamen in digamma Voretzschius mutavit nummo Phaestio adhibito, in quo *Ϝελχαν* legitur (apud Mionnet. II. p. 289). Ambigi tamen potest, num idem vocabulum sit. Si idem est convincendum erit alterius nummi inscriptionem falso lectam esse. *γ* enim in *Ϝ* non transire arbitror.

Γεραιστιάδες· οὕτω νύμφαι καλούμεναι ἐν Γορτύνῃ τῆς Κρήτης. Phavor. p. 173.

γεροίταν· πάππον. Κρῆτες. Hesych. *γεροίτας* natum est ex *γερόντας* (cf. *γεροντίας· πάππος.* Hesych. Schol. ad Hom. Il. *Ξ.* 118. Eustath. 971, 23) productione suppletoria. De cuius generibus in Cretica dialecto solitis v. p. 17.

γερωχία· γεροντία παρὰ Λάκωσι καὶ Κρησίν. Hesych. Non a *γερουσία* derivandum est, quod solita Laconibus mutatione *γερωία* et inde horridiore spiritus pronuntiatione *γερωχία* factum sit. *σ* autem in spiritum asperum mutati nullum apud Cretenses exemplum exstat, ut certe Creticum vocabulum eodem modo natum esse non possit. Imo a *γέρας* et *ἔχω* deducendum est, id quod confirmatur Hesychii glossa *γηρουχεῖται· ὑπὸ γήρως ὀχεῖται ἢ γέρας τῆς ἀρχῆς ἔχει.*

Γλαμία· πόλις. Κρῆτες. Hesych. Musurus fortasse recte

πολις Κρήτης scripsit. Benseler glossam ad λαμάς· μῦς revocat comparans Hesychii alteram glossam γλαμυξιᾶν· γλαμᾶν, λημᾶν.

γλυκίν(ν)ας· διὰ γλυκέος οἴνου (καὶ ἐλαίου) πλακοῦς Κρῆτες. Hesych. Supplementa petita sunt ex Seleuci verbis, quae apud Athen. XIV. 645 exstant.

γλυκύφαιον· τὸ ἐρυθρόδανον. Κρῆτες. Hesych. Cf. φαιός, quod significat ‚pullus, fuscus'.

γόνυτος· Κρητῶν γόνυτος· θήκη. φαρέτρα. Bekker. Anecd. p. 1096. Annot. l. 6. Probabile est pro γωρυτός male scriptum esse γόνυτος cf. Döderlein. Hom. Gloss. I. p. 48.

Δ.

δαιμονητιᾷ. δαιμονίζεται. Κρῆτες. Hesych.

δάλεμον· κηδεμόνα (Κρῆτες). Hesych. v. M. Schmidtii ad glossam annotationem.

δαμπόν· τὸ πυρίεφθον. Λάκωνες. Κρῆτες. Hesych. Etymon vocabuli latet.

δαῦκος· ὁ θρασύς. καὶ βοτάνη τις Κρητική. Hesych.

δεκάδρομοι· οἱ δέκα ἐν τοῖς ἀνδράσιν ἐσχηκότες ὑπὸ Κρητῶν. Hesych. Huius glossae interpretatio non minus obscura est quam ipsa glossa. Videntur tamen praefecti significari gymnasiis, quae a Cretensibus Suida teste δρόμοι appellata sunt. Quare ἀρχήν vel ἐξουσίαν (vel ut Voretzschius proposuit ἕδρας) ἐσχηκότες scribendum videtur. ἐν τοῖς ἀνδράσι recte se habere eo apparet quod ephebi non admitti solebant ad haec gymnasia vel dromos cf. gl. ἀπόδρομος.

δέλτος· ἀγαθός. Photii Bibl. ed. Bekker. p. 151. b. l. 15: Ἀντήνωρ δὲ ὁ τὰς Κρητικὰς γράψας ἱστορίας δέλτα διὰ τὸ ἀγαθὸς εἶναι καὶ φιλόπολις. τοὺς γὰρ Κρῆτας τὸ ἀγαθὸν δέλτον καλεῖν. Licet hoc δέλτος vocabulum revocare ad *βέλτος, a quo βελτίων et βέλτιστος derivantur. β enim in δ mutatum est etiam in glossa Hesychiana ὀδολκαί. ὀβολοί. Κρῆτες.

δηαί· αἱ κριθαί. EM. 264: Δηώ. ἢ ὅτι πολλὴν ἐδῄωσε γῆν, τουτέστι διέκοψε ζητοῦσα τὴν θυγατέρα, ἢ γηώ τίς ἐστι κατὰ τροπὴν τοῦ γ εἰς δ, ἢ ὅτι λυπουμένη διὰ τὴν θυγατέρα ἐδαΐετο τὴν ψυχήν, ἢ δηὼ παρὰ τὰς δηάς. οὕτω γὰρ δηαὶ προσαγορεύονται ὑπὸ Κρητῶν αἱ κριθαί. Phavor. p. 200. Hesych: δηπταί· αἱ ἐπτισμέναι κριθαί. δηαὶ προσαγορεύονται ὑπὸ Κρητῶν αἱ κριθαί.

δῖος· βωβός. Κρῆτες. Hesych.

δηράδες· βουνοί. Hesych. Vocabulum in Creticis titulis nonnumquam exstat: C. I. 2554, 134. 169. 2561. 65. tit. Bergm. 18. 19. Ahrens (d. d. Dor. p. 159) recte censuit pro *δειράς* dictum esse productione suppletoria Dorica, cum Lesbiace *δέρρα* sit pro *δειρή*.

διάκινον· δυσκίνητον. Κρῆτες et *διάκονιν· δυσκίνητον. Κρῆτες.* Has duas Hesychii glossas explicare nescio. M. Schmidtius hebetem vel obtusum intelligi vult, cum comparat *διακονίς· ἄνθρωπος ὁ μὴ πυκνός.*

διανδής· πολυχρόνιος. Κρῆτες. Hesych.

διάπονοι. Poll. V. 40 et 41. p. 200 ed. Bekker.: *τῶν δέ γε Κρητικῶν κυνῶν οἱ μὲν διάπονοι, οἱ δὲ πάριπποι καλοῦνται, διάπονοι μὲν οὓς φασι καὶ τὰς νύκτας ταῖς ἡμέραις ἐν ταῖς πρὸς τὰ θηρία μάχαις ἐπιλαμβάνειν καὶ πολλάκις παρευνασθέντας τοῖς θηρίοις μεθ' ἡμέραν ἄρχεσθαι τῆς μάχης. οἱ δὲ πάριπποι τοῖς ἵπποις συνθέουσιν οὔτε προθέοντες οὔτε μὴν ἀπολειπόμενοι.*

δίβαν· ὄφιν. Κρῆτες. Hesych. Recte fortasse M. Schmidtius ex *δι* et *βαίνω* coaluisse vocabulum putat ut idem sit quod *ἀμφίσβαινα.* cf. tamen gl. *δίφατον.*

διττάμενον· ἀρνούμενον. Κρῆτες. Hesych. Et forma et ipsum vocabulum sane mirabilia sunt, nisi pro *διιστάμενον* vel pro *διστάμενον* est ,recedens ab alterius sententia.' Neque enim de duarum *ι* literarum in unam contractione dubitare licet neque de assimilatione vere Cretica. Nota enim sunt *ἰθθᾶντι* ex *ἱστᾶντι* et *ἰθθάντες* ex *ἱστάντες* nata in tit. Bergm. l. 54. (cf. etiam gl. *θετταλί[α]ς.*) Quibus exemplis *διττάμενον* valde simile est, praeterquam quod post *σ* literam *τ* non transiit in *θ*.

δίφατον· ὄφιν. Κρῆτες. Hesych. Recte mihi videtur M. Schmidtius *δίφα. τὸν ὄφιν* scribi iubere, ut a nominativo **δίψ* deductum (a quo etiam *δίβαν* accusativus natus esse potest), cuius amplior forma *διψάς* serpentem notat.

δόρκανα· ἀκριβῶς. Κρῆτες. Hesych., a *δέρκω*, ut videtur derivatum pro ,dilucide.'

δόνακα· κάλαμον. Κρῆτες. Hesych. Vocabulum est vulgo usitatum neque Cretensium proprium.

δορά· δέρμα. Κρῆτες δὲ καὶ τὴν δοκόν EM 284, 12. Glossa confusa est cum *δόρυ.* Vide Hesychii *δόρυ· ὅπλον. λόγχη. ἀκόντιον. καὶ πᾶν ξύλον ἢ δοκόν.*

**δροιόν· καλόν. Κρῆτες.* Hesych.

δρόμοις· τοῖς γυμνασίοις κατὰ Κρῆτας Suid. I. p. 1462. cf. gl. *ἀπόδρομοι* et *δεκάδρομοι*.

δῶλα· ὦτα. Κρῆτες. Hesych.

E.

Εἴνατον· τόπος Λυκίας καὶ Κρήτης. Hesych. Steph. Byz. EM. 302, 12. cf. Phavor. s. v. *Εἰνατία: Εἴνατος γὰρ τόπος Κρήτης, ἔνθα ἐτιμᾶτο ἡ εἰλείθυια*. Quae Eileithyia a loco venerationis *Εἰνατίας* vel *Βινατίας* nomen invenit. v. gl. *ἀβέλιον*.

Ἐλαφρός· εὐβάστακτος, κοῦφος. ἢ Ζεὺς ἐν Κρήτῃ. Hesych.

ἐλαχία· ἐδάρη. Κρῆτες. Hesych. Haec aoristi passivi forma nondum explicata est, quamquam nonnulli (Curtius Tempp. et Modd. p. 329 sed v. Weberum in Philol. 1865 p. 554) vetustissimam huius temporis terminationem *ι* habuisse suspicantur. De radice verbi v. gl. *λαυξία*.

ἑλεπόλεις· μηχανήματα, οἱ κριοὶ ἢ οἱαδήποτε, δι᾽ ὧν αἱ πόλεις καθαιροῦνται. παρὰ δὲ Κρησὶ τὰ τῶν πολέμων ὄργανα. Hesych.

ἔλλυσιν· ἔκλυσι(ν). Κρῆτες. Hesych. cf. *ἐγγόνοι* pro *ἔκγονοι* C. I. 2559. 6. *ὑπεχθῆται* C. I. 2556. 22. *ὑπεχθεσίμων* 2556. 25. *ἐχφερέσθαι* Mn. II. 9. Quare M. Schmidtius Cretensibus attribuit etiam has Hesychii glossas: *ἐχθειάσας· μεγάλως θαυμάσας; ἐχθοῖ· ἔξω; ἐχθύσαι· ἐξεμέσαι; ἔχλυσεν· ἔκλυσεν*.

ἔλλοπας· ἀφώνους: Κρῆτες δὲ καὶ τοὺς ἀφώνους ἔλλοπας (i. e. pisces) *λέγουσιν* EM. 331, 52. Zonar. c. 695. cf. Soph. Ai. 1297. Falso Döderleinius Hom. Gl. I. p. 5 *ἔλλοψ* ab *ἄλαλος* deducere videtur.

Ἑλλώτια· ἑορτὴ Εὐρώπης ἐν Κρήτῃ. Hesych.

ἐνδοῖ· ἔνδον Cretibus adscribit Greg. Cor.

ἐνοργείας· τὰς νεοσσείας. Κρῆτες. Hesych. Non ab *ἔνορχος* ut Voretzschius voluit, id quod subridiculum videtur, sed ab *ἔνεργος* Cretica vocalis obtusione natum est vocabulum, ut dictum sit de pullorum alacritate et vivacitate.

ἐνς· εἷς. Pseudo-Herodian. in Hort. Adon. 204, 6: *ἐκ τοῦ σπείδω γέγονε κατ᾽ Ἀργείους καὶ Κρῆτας ἀφαιρέσει τοῦ ι τῆς ει διφθόγγου καὶ προσόδῳ τοῦ ν σπένδω· οὗτοι γὰρ πολλάκις ἐξαιροῦντες τὸ ι τάττουσι τὸ ν καὶ τὴν μὲν εἷς πρόθεσιν ἐνς λέγουσι καὶ τὸ τιθείς τιθένς*. Adduntur *αἰέν* pro *αἰεί* et *οὐ μέντον* pro *οὐ μέντοι* ab Eustath. 722, 58. ad Hom. Il. *Θ*. 448. Cramer. Anecd. Par. III. p. 42. Falso apparet solis Cretensibus Gre-

gorium Corinthium tribuere *διὰ παντὸς αἰές, τὸ ἐν ἐς, τὸ μὲν μές.*

ἐναύρω· πρωΐ. Κρῆτες. Hesych. Adverbia in *ω* desinentia praeter *κάτω* et *ἐπάνω* in Creticis titulis exstant *τουτῶ* (v. Ahrens. d. d. Dor. p. 374. Koenium ad Greg. Cor. p. 353). C. I. 2554, 112. 121. 123. 163. (v. Zeitschr. f. Alt. 1840. 110. p. 901 et Boeckhium in C. I. II. p. 1100); *τῶδε* C. I. 2554. 158; *θηνῶ* pro *τηνῶ* C. I. 2554. 163.

ἐπαποδρόμιον· ἡ ἱέρεια. παρὰ Κρησίν. Hesych. Recte ad hanc glossam commemorat M Schmidtius *δρόμοι, ἀπόδρομοι, δεκάδρομοι.* Nec facile eius correctioni *ἑταιρεία* pro *ἱέρεια* aliam praestare dixeris, ut sit grex adulescentulorum (*τῶν ἀποδρόμων*). Voretzschius falso Creticam *ἔφηβος* nominis formam *ἔπαπος* finxit.

Ἐπιρνύτιος· Ζεὺς ἐν Κρήτῃ. Hesych. A vocabulo *ἴρνυς* pro *ἔρνος* provenit; cf. *ἄγδυς* pro *ἄγγος*. De *ι* pro *ε* posito disseruit Voretzschius de inscr. Cret. p. 21 sqq.

Ἐπιστατήριος· Ζεὺς ἐν Κρήτῃ. Hesych.

ἐργατῶνες· οἱ ἐν τοῖς ἀγροῖς τόποι, ἔνθα οἱ οἰκέται κοιμῶνται, οἱ παρὰ Ἀττικοῖς ἐρχατῶνες. παρὰ δὲ Κρησὶν ἐργάτωνες οἱ ἐπὶ τῆς ταφῆς τῶν τεθνηκότων τεταγμένοι. Non contulerim glossam ad *ἔργμα*, quod pro sepulcro dictum esse M. Schmidtius existimat. Soph. Ant. v. 848: *πρὸς ἔργμα* (v. l. *ἕρμα*) *τάφου ποταινίου* huc non pertinet. Imo solito in his rebus euphemismo operarii vocantur vespillones. *ἐργάτων* est pro *ἐργάτης*, ut *ἀμήτορας* pro *ἀμητῆρας.*

Ἑταιρεῖος· Ζεὺς ἐν Κρήτῃ. Hesych. Suid. II. p. 569, 1.

εὖα· ἔα et *εὔασον· ἔασον* Gregorius Corinthius Cretensibus vindicat v. gl. *ἀπεξέβαι.*

εὐειδές· εὐπρόσωπον. Arist. Poet. c. 25. 1461, 14. *τὸ γὰρ εὐπρόσωπον οἱ Κρῆτες εὐειδὲς καλοῦσιν.* cf. *εἶδος* vocabuli significationem Homericam.

εὐῶ· τὸ εὐωχεῖσθαι Creticum est teste Gregorio Corinthio.

ἔχονι· ἔχουσι. Κρῆτες. Hesych. Glossa vix recte tradita esse putanda est. Aut enim pro tertia persona pluralis numeri indicativi est, quae Cretice *ἔχοντι* sonat, aut pro dativo pluralis participii, cuius forma vere Cretica est *ἔχονσι.* Quam, si correctione opus erit, restituere malim Ahrentem secutus (d. d. Dor p. 203) quam *ἔχοντι.* Nam *ἔχοντι* non Cretensium proprium est, sed omnium Doriensium.

H.

Ἠθῶ· τὸ εἴωθα (Κρῆτες). Greg. Cor.
ἧς pro ἦν falso Gregorius Corinthius Cretensibus tribuit.

Θ.

Θάπτα· μυῖα. Κρῆτες. Hesych. Helbigius Quaest. de dial. Cret. p. 25 θάπτα pro δάπτα dictum putat ut a verbi δάπτω deductum. Cui dubitanter assentior. Nam tria omnino exempla sunt, quibus δ literae in θ mutatio appareat in Cretica dialecto, ut Helbigius putat: ἄχνυλα· κάρυα. Κρῆτες. θάπτα· μυῖα. Κρῆτες. θοιά· ζεῦγος ἡμιόνων. Sed valde incerta sunt omnia, nam de ἄχνυλα vocabulo supra dixi neque θοιά dialecti alicuius indicium habet.

θεμιζέτω· μαστιγούτω· νομοθετείτω. Κρῆτες. Hesych. Est ,ius persequi in aliquem.'

Θεοδαίσιος· Διόνυσος. Hesych. Creticum esse vocabulum probatur C. I 2554, 31. ἐν Θεοδαισίοις et eiusdem tituli l. 79, ubi legitur [Θεο]δαίσια.

θεράπων ἐστὶν ὁ σιτίοις προσήκουσιν ὑπηρετῶν. ἢ θεράπων κατὰ τοὺς Κρῆτας δηλοῖ, φασίν, δοῦλον ὁπλοφόρον Phavor. p. 366. cf. eiusdem gl. κήρυκες p. 427 et Hesychii glossam

θέραψ· θεράπων, οἰκέτης, δοῦλος, ἀκόλουθος, quam Creticam esse testatur Bekker. Anecd. III. p. 1096, l. 39. Vocabulum legitur Eurip. Suppl. 762 et saepius.

θετταλί[α]ς· ὑπόδημα ποιόν. Κρῆτες. Hesych. θετταλίς calceorum genus memoratur etiam ab Eustath. ad Dion. Perieg. 427, a Lysippo apud Steph. Byz., a Photio 88, 12.

θεύγεσθαι· θέλγεσθαι. Κρῆτες. Hesych. v. gl. αὐγεῖν.

θηλείας: Athen. XIV. 658. d: τοὺς δὲ λεπτοὺς τῶν τυρῶν καὶ πλατεῖς Κρῆτες θηλείας καλοῦσιν, ὥς φησι Σέλευκος.

θησάμενοι· αἰτησάμενοι. Κρῆτες. Hesych. Glossa cognata videtur vocabulis θής et θητεύω (θητευόντεσσιν in epistola Epimenidis).

θιήϊον· θεῖον τὸ ὀρυκτόν. Κρῆτες. Hesych. Notae sunt θεῖον vocabuli formae epicae θέειον et θήϊον.

θιός· θεός. Κρῆτες. Hesych. Haec vocabuli forma θιός, quam in universum Hesychius Cretensibus tribuit ex eorum quae nunc exstant dialecti monumentorum numero non invenitur

nisi in Gortynio titulo a Bergmannio edito, ubi est *θιός* accusativus pluralis numeri l. 64 et 80.

θρινία· *ἄμπελος ἐν Κρήτῃ.* Hesych.

θρύπτακον· *κλάσμα ἄρτου. Κρῆτες.* Hesych. A *θρύπτω* verbo glossa derivanda est.

θύστας· *ὁ ἱερεὺς παρὰ Κρησίν.* Hesych. Dictum est Dorice pro *θύτης* cf. *θυστάς*: *νόμισμα θυστάδος βοῆς.* Aesch. Sept. 269. *κᾆτ' οὐ δέχονται θυστάδας λιτὰς ἔτι θεοὶ παρ' ἡμῶν οὐδὲ μηρίων φλόγα.* Soph. Ant. 1019. v. Lobeckii Parall. p. 432.

I.

Ἰαλία· *φωνή. Κρῆτες.* Hesych. Vix puto quemquam ausurum esse cum M. Schmidtio scribere: *ἴα· μία. φωνή. Κρῆτες*, cum et *ἰάλεμος* (vel Ionice *ἰήλεμος*) nota sit naeniarum significatio et *ἰωλία· φήμη* ab ipso Hesychio explicetur.

ἰάλιον· *ἐρέβινθον ἢ τὴν θάλασσαν. Κρῆτες.* Hesych. Glossa obscura est. Ad maris significationem M. Schmidtius adhibet Photii glossam *κατιαλίζειν· καταδύνειν* cf. *ἅλς* et gl. *ἴβηνα.*

ἰαριγμόν· *χαρὰν καὶ θροῦν. Κρῆτες.* Hesych. Ad soni cuiusdam similitudinem vocabulum fictum videtur, ut *ἱέραξ.*

ἴβηνα· *τὸν οἶνον. Κρῆτες. οἱ δὲ βῆλα.* Hesych. Non sine causa credere licet, ut *α* et *ο*, ita *ι* quoque proponi posse in Cretica lingua fronti vocabulorum a digammo praesertim incipientium.

ἴβριος· *ἰβηκτήρ. ὁ παρὰ Κρησὶν ἴβριος ἐμβατήριον ποιησάμενος, ὅπερ ὁ ᾄδων οὕτω καλεῖται.* Hesych. Glossa corrupta est, quoniam neque *ἴβριος* neque *ἰβηκτήρ* idoneam interpretationem habent neque sensus accommodatus efficitur, nisi recte M. Schmidtius suspicatus est poetae Cretici nomen latere in *ἴβριος.* Cogitat de *Ὑβρίας* ex Athen. XV. 695 f. noto. *ἰβηκτήρ* pro *ἰβικτήρ* pro *ἰβυκτήρ· σαλπιγκτής* elatum videtur, nisi a poetae nomine deducendum est, id quod mihi probabilius est.

ἰέττας· *πατέρας. Κρῆτες. ἢ τοὺς ἀγρίους τράγους.* Hesych. Recte Taylor ad Lys. p. 443. *τέττας* restituit collata glossa *τέττας· τοὺς ἀγρίους τράγους.* De *πατέρας* significatione v. Hom. Il. *Δ.* 412: *τέττα· σιωπῇ ἧσο.*

Ἰνάχ(ε)ια· *ἑορτὴ Λευκοθέας ἐν Κρήτῃ. ὑπὸ Ἰνάχου.* Hesych.

ἰόβας· *κάλαμος παρὰ Κρησίν.* Hesych.

ἰπνοδόμαν· τὴν φρυγίαν. Κρῆτες. Hesych. Vocabulum derivatur ab ἰπνός et δέμω.

ἰσομάτωρ· ὁ τῇ (Δή)μητρὶ ἴσος. Κρῆτες. Hesych. Δη delevit Ruhnkenius.

ἴττον· ἕν. Κρῆτες. Hesych.

K.

Καββαλεῖν· τὸ καταβαλεῖν. Greg. Cor. Cretensium proprium non est.

κάδμος· δόρυ. λόφος. ἀσπίς. Κρῆτες. Recte intelligit M. Schmidtius dictum esse de ornatu bellico a voce καίνυμαι vel κάζω (κέκαδμαι) derivatum, unde etiam κόσμος natum sit.

καλεῦνται· καλοῦνται (Κρῆτες). Gramm. Meerm. cf. Greg. Cor. Θεύφραστος, Θευκυδίδης Cretica esse testantem. Sed vere Cretica ea non esse apparet ex iis quae dixi de hac Cyrenaica contractione p. 18.

καμάν· τὸν ἀγρόν. Κρῆτες. Hesych. Pro χαμά videtur esse, a quo χαμάζε et χαμάνδις.

καρανώ· τὴν αἶγα. Κρῆτες. Hesych. cf. κάρα· ἡ αἴξ ὑπὸ Γορτυνίων. Hesych.

καρορύς· ὕδρα. Κρῆτες. Hesych. Glossa obscura quaeque ordinem confundat.

Καρτεμνίδες· (rectius M. Schmidtius Καρτεμνίδαι proponit) οἱ Γορτύνιοι. Κρῆτες. Hesych. v. ad gl. ἀκαθόν.

κάρτην· τὴν βοῦν. Κρῆτες. καὶ τὸν οἰκέτην οἱ αὐτοί. Hesych. Utrumque censeo ad radicem *KAP* conferendum esse, a quo κραίνω et creare orta sunt, ut operarium vel operariam significet.

κεκῆνας· λαγωούς. Κρῆτες. Hesych. Legerlotzius a radice çaç i. e. salire derivat in Kuhnii Ann. VII. p. 436.

κῆνος· κεῖνος. Hanc formam omnibus Doriensibus communem grammaticus Meermannianus Cretibus solis adscribit.

κηρούει· ἐκεῖ. Κρῆτες. Hesych. Melius fortasse κηνούει legitur v. Ahrens. d. d. Dor. p. 271 Conferre enim licet gl. κῆνος et κηνῶ· ἐκεῖ apud Hesychium. Adverbia loci in ει desinentia Cretica praeterea haec inveniuntur: τὸ αὐτοῦ αὐτεῖ v. Greg. Cor. et εἴ πει ‚si quo loco' in tit. Drer. l. 126. Multum tamen sic quoque in forma dubitationis relinquitur. Recte fortasse Voretzschius de inscr. Cret. p. 14. κηρούει· ἠχεῖ coniecit quod ad radicem καρ (a quo κῆρυξ) revocat.

κλά[γ]γος· *γάλα. Κρῆτες.* Hesych. Eandem vocem *κλάγος* vel *κλάγγος* esse atque *γάλα* *γ* in *κ* mutato agnoscit M. Schmidtius ad gl. *Καρτεμνίδες.* Weberus autem (Etym. Untersuch. p. 76 not. 35), cui Voretzschius assentitur radicem esse *καλ* vel *κλα* cui candendi notio insit docet.

κλαρῶται. Athen. VI. 263 cf.: *καλοῦσι δὲ οἱ Κρῆτες τοὺς μὲν κατὰ πόλιν οἰκέτας χρυσωνήτους, ἀφαμιώτας δὲ τοὺς κατ' ἀγρόν* (v. gl. *ἀφαμιώτας*), *ἐγχωρίους μὲν ὄντας, δουλωθέντας δὲ κατὰ πόλεμον. διὰ τὸ κληρωθῆναι δὲ κλαρώτας.* Poll. Onom. III. 83. Bekker. Anecd. p. 292 l. 9 (ubi falso *καροταί* cod.). EM. 660, 25. Hesych.: *κλαρῶται εἵλωτες.* In corrupto loco etymologici Gudiani (165, 58) iidem *πέλαται* vocantur.

κλεῖδα· *ὑποδήματος εἶδος. Κρῆτες.* Hesych.

κλεινοί. Athen. XI. 782. *ὅτι κλεινοὶ λέγονται παρὰ Κρησὶν οἱ ἐρώμενοι.* Strab. X. 484. cf. gl. *φιλήτωρ.*

κοδύμαλον. Athen. III. 81. f.: *Ἑρμῶναξ δ' ἐν Κρητικαῖς γλώσσαις κοδύμαλα καλεῖσθαί φησι τὰ Κυδώνια μῆλα. Πολέμων δ' ἐν πέμπτῳ τῶν πρὸς Τίμαιον ἄνθους γένος τὸ κοδύμαλον εἶναί τινας ἱστορεῖν κτλ.*

κοιμητήριον· Athen. IV. 143 bc: *εἰσὶ δὲ πανταχοῦ κατὰ τὴν Κρήτην οἶκοι δύο ταῖς συσσιτίαις, ὧν τὸν μὲν καλοῦσιν ἀνδρεῖον, τὸν δ' ἄλλον, ἐν ᾧ τοὺς ξένους κομίζουσιν, κοιμητήριον καλοῦσιν.*

κόσμοι. Cic. de rep. II. c. 33, 58: Nam etiam Spartae regnante Theopompo sunt item quinque quos illi ephoros appellant, in Creta autem decem qui cosmoe vocantur, ut contra consulare imperium tribuni plebis, sic illi contra vim regiam constituti. De vocabuli formis Creticis v. p. 8.

κοσύμβη. δεσμός. ἀνάδεσμα. ἢ ἐγκόμβωμα. καὶ ὅπερ αἱ Κρῆσσαι (Scaliger sic recte pro *κρισσαι*) *φοροῦσιν, ὅμοιον ἀ(σ)πιδίσκῳ καὶ περίζωμα Αἰγύπτιον καὶ τὸ ἐγκομβοῦσθαι.*

κόττανα· *εἶδος σύκων μακρῶν καὶ ἡ παρθένος παρὰ Κρησὶ κοττάνα.* Hesych. cf. Athen. IX. 285 a et Latinas formas cottanum et coctanum, ut assimilatione duplicatum *τ* ortum esse cognoscatur. Virginis vel Minervae significationem *κοττάνα* quo referam nescio.

κράνον· *τὸ κράνιον.* (*Κρῆτες*). Greg. Cor.

κρῆ· *τὰ κρέα.* Falso solis Cretensibus tribuitur a Greg. Cor.

κρίκον· *τὸν κίρκον.* (*Κρῆτες*). Greg. Cor. v. p. 15.

κύφερον ἢ κυφὴν. κεφαλήν. Κρῆτες. Hesych.

κωραλίσκον· τὸ μειράκιον. Κρῆτες. Phot. 198, 15.

Λ.

Λαίας· ἀσπίδας. Κρῆτες. Hesych. Comparant glossam cum *λαιός* laevus.

λάκη· ῥάκ[κ]η. Κρῆτες. Hesych. Radicem vocabuli eandem esse apparet atque *ἐλαχία* et *λαυξίᾳ* glossarum, quas vide, quaeque exstat etiam in *λακίς* et *λακίζω* pro scindere. Quare opus non est *ρ* in *λ* transiisse putare, cuius mutationis unum certum exemplum exstat *ἀφαιλῆται* pro *ἀφαιρῆται* in tit. Bergm. l. 83.

λαυξίᾳ· δαρήσῃ. Κρῆτες. Hesych. Sic enim scribendum est pro eo quod in codice est *λαυξία· δαρῇ·* Videtur enim altera persona singularis indicativi futuri medii esse a radice *λακ*, a quo etiam *λάκη* et *ἐλαχία* deducuntur, *α* post *λ* Cretica vocalis obtusione in *αυ* mutato.

λισσούς· δεομένους. καὶ τοὺς ἡσυχῇ φαλακρούς. Hesych. Priorem vocabuli explicationem Creticam esse constat ex tit. Drer. l. 115. *αἲ δὲ λισσὸς εἴη, ἀγγραψάντων ἐς Δελφίνιον.* Pertinet vocabulum ad *λίσσομαι* verbum.

λιχάξαι· ῥῖψαι. βάλαι. Κρῆτες. Hesych. Derivatur a *λιχάς· ἀπότομος* (Hesych.), ut sit ‚rupe deiicere.‘

λύττοι· οἱ ὑψηλοὶ τόποι. Hesych. Cretenses hoc vocabulo usi sunt, quod apparet ex Steph. Byz. verbis s. v. *Λύκτος· πόλις Κρήτης, ἀπὸ Λύκτου τοῦ Λυκάστου. ἔνιοι Λύττον αὐτήν φασι διὰ τὸ κεῖσθαι ἐν μετεώρῳ τόπῳ· τὸ γὰρ ἄνω καὶ ὑψηλὸν λύττον φασίν.* Recte Voretzschius ad radicem *ΛΥΚ* refert, cui lucendi vis inest.

M.

Μαῖα· ἡ ἀδελφή. Κρῆτες (sic legendum pro *ἀδελφὴ Κρήτης*) Phav. s. v. *αἶα.* p. 25.

μαλκενίς· ἡ παρθένος. Κρῆτες. Hesych. A *μαλακός* natam esse glossam docet *μαλακίννης· παρθένος.* Hesych.

μαρίν· τὴν σῦν. Κρῆτες. Hesych. Confert M. Schmidtius *μαρύσσαι· κύνες. ὄρνιθες* et *ἀμαράσαι. αἱ σῦς. οἱ δὲ κύνας.*

μάρνα· ἡ παρθένος. Steph. Byz. s. v. *Γάζα: τὰς παρθένους γὰρ οὕτως Κρῆτες προσαγορεύουσι μάρναν(ς).* *μάρνανς* correxit Ahrens. cf. *Βριτόμαρτις.*

μέντον· *μέντοι* v. gl. *ἐνς.*

μητρίς· *πατρίς.* Aelian. Hist. Anim. XVII. 35: *φιλίᾳ τῆς μητρίδος ἵνα Κρητικῶς εἴπω.* Plut. Mor. p. 792. E: *ἡ δὲ πατρὶς καὶ μητρίς, ὡς οἱ Κρῆτες καλοῦσιν.* Plat. Rep. IX. 575. D.

μνῶϊα et *μνωῖται.* Athen. VI. 263 f. *Σωσικράτης ἐν δευτέρῳ Κρητικῶν· τὴν μὲν κοινήν, φησί, δουλείαν οἱ Κρῆτες καλοῦσι μνοίαν* et VI. 267. c: *Ἑρμῶναξ δὲ ἐν Κρητικαῖς γλώσσαις μνῴτας τοὺς εὐγενεῖς οἰκέτας φησίν.* Poll. Onom. III. 83. v. gl. *κλαρῶται.* cf. Hesych.: *μνῴα· δουλεία. μνῷται· δοῦλοι. μνώϊα* et *μνωῖται* formae proprie Creticae sunt.

N.

Νεομηνία: Procl. in Cratyl. in Bekker. Anecd. p. 1164, 1: *νουμηνίαν μὲν Ἀττικοί, νεομηνίαν δὲ Κρῆτες.* Quamquam *νευμηνίᾳ* legitur in tit. Teio-Cret. C. I. 3052, 2. De forma Cretica *νεομηνία* dubitare non licet. v. p. 14.

νικύλεα. Athen. III. 76. e. *Ἑρμῶναξ δ' ἐν γλώσσαις Κρητικαῖς σύκων γένη ἀναγράφει ἀμάδεα καὶ νικύλεα.* Voretzschius *νη-κύλεα* proponit ex *νη* et *χυλός*, ut *ἰσχάδες* Caricae sint intelligendae, sed vix recte.

Ξ.

Ξεναγία· *σύνταγμα παρὰ Κρησίν. καὶ ὁ ἡγεμὼν τούτων ξεναγός.* Bekker. Anecd. p. 284. l. 11. v. Hesych. s. v.

O.

ὄδολκαί· *ὀβολοί. Κρῆτες.* Hesych. Proxime accedit *ὀδελός· ὀβελός* apud Gregorium Corinth., quod Doriensibus addicitur. v. gl. *δέλτος.*

ὄθρυν. *Κρῆτες τὸ ὄρος.* Hesych. cf. gl. *ὀθρυόεν· τραχύ. ὑλῶδες. δασύ. κρημνῶδες.* M. Schmidtius pro *ὄφρυν* efferri credit, ut etiam ob eandem consonarum permutationem *ἐλαθρά· ἐλαφρά* Cretensibus vindicet.

οἴκαδες· *τὸ οἴκαδε. (Κρῆτες).* Greg. Cor.

ὄρνιχα· *τὴν ὄρνιθα. (Κρῆτες).* Gramm. Meerm. Sed vulgaris forma Dorica est.

Π.

Πάριπποι. Poll. Onom. V. 40 et 41. v. gl. *διάπονοι.*

πελάται vocantur *κλαρῶται* Cretensium in corrupto loco Et. Gud. 165, 58: *Εἵλωτες, οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ δοῦλοι παρὰ*

Ἀθηναίοις κτλ. *οἱ αὐτοὶ δὲ παρὰ Ἀθηναίοις θῆτες λέγονται, παρὰ Ἀργείοις γυμνῆτες, παρὰ Θεσσαλοῖς πένεται* (l. *πενέσται*), *παρὰ Κρησὶ πέλαται, παρὰ Σικορονίοις* (l. *Σικυωνίοις*) *κορυφανίροι* (l. *κορυνηφόροι*), *παρὰ δὲ Συρακουσίοις καλλικάροι.* Quare consentaneum est etiam *πέλαται* in *κλαρῶται* mutare.

πέλεκυς· ἀξίνη δίστομος. ἢ σταθμίον ἑξαμνιαῖον ἀρχαῖον. οἱ δὲ (*δω*)*δεκαμνιαῖον.* Hesych. Altera significatio Cretica est teste Eustath. 1878.

πῆριξ· πέρδιξ. Κρῆτες. Hesych. et Herodian. ed. Lenz. II. p. 568. l. 25. Simillima est ratio vocabuli *Ἐλεύθερνα*, quod teste Stephano Byzantio (s. v.) *Ἐλευθήρα* quoque sonuit. V. gl. *ἄχηρον.*

πρόμαχος· ὑπὸ Κρητῶν μᾶζα ἑβδομαίῳ παιδίῳ γενομένη. Hesych. Voretzschius ad radicem *μακ* refert, unde etiam *μάσσω* et *μακαρία* proveniant. v. Curtium Rad. p. 455.

Πυργῖται· οἱ Κρῆτες. Hesych.

Ρ.

Ῥυστόν, δόρυ. Κρῆτες. Hesych. Miram in hoc vocabulo permutationem *ρ* et *ξ* consonarum statuit M. Schmidtius.

Σ.

σεῖναι· θεῖναι. Κρῆτες. Hesych. Variae dubitationes in hac glossa occurrunt, quod et ordinem turbet (inter *σεῖν* et *σείεις* inserta) et terminationem vulgarem praebeat pro *σέμεν* et quod *θ* Cretice in *σ* mutari non possit. Quare Ahrens doctius fortasse quam rectius scripsit *σεῖαι· θεῖαι. Λάκωνες. Κρῆτες δὲ θεῖναι*, quoniam et de hac mutatione Laconica et de Cretico vocabuli *θεῖναι* usu constat. Verum tamen equidem glossam falsam non esse existimo. Ordo enim non tam hac glossa quam sequenti *σείεις* turbatur inter *σεῖναι* et *σειομένους* inculcata quaeque iam per se magnam habeat offensionem. Deinde quod vulgaris forma offendit, non inusitatum esse Hesychio notum est communis linguae terminationes adhibere, si non terminationem, sed vocabulum ipsum a vulgari usu alienum esse demonstrare studet cf. *κοσύμβη, κάρτην, βαλικιώτης, βασκαρίζειν.* Ceteroquin *προσθεῖναι* est in tit. Cretico C. I. 2557. B. 25. De mutatione denique *θ* literae in *σ* dubitare certe licet, sed omnino eam non cadere in linguam Creticam non pro certo affirmaverim.

σεῖφα· σκοτία. Κρῆτες. Hesych. Cognata vocabula collegit Herodianus ed. Lenz. II. p. 608, 6: *ψάφα· κνέφας. ψέφας· σκότος. σεῖφα· σκοτία. Κρῆτες.*

σκοτίους· τοὺς ἀνήβους. Schol. in Eurip. Alc. 988. (ed. Dindorf. IV. p. 115. l. 12) *σκότιοι οἱ λαθραῖοι παῖδες καὶ ἐξ ἀδᾳδουχήτων γάμων γενόμενοι. Ὅμηρος· σκότιον δέ σε γείνατο μήτηρ. τούτους καὶ Ῥόδιοι πατροξένους καλοῦσιν. Κρῆτες δὲ τοὺς ἀνήβους σκοτίους λέγουσιν.*

σμίνθους· μύας. Schol. in Hom. Il. I. 39. *οἱ Κρῆτες τοὺς μύας σμίνθους καλοῦσιν.* Tzetzes ad Lycophr. 1302: *οἱ μύες παρὰ Κρησὶ σμίνθιοι* (l. *σμίνθοι*) *καλοῦνται.* Serv. ad Aen. III. 108: Cretenses murem sminthicem dicunt, alii dicunt et sminthos mures vocari a Phrygibus. Vocabulo usus est Aeschyl. in Sisypho ap. Ael. H. A. XII. 5.

σπάδιον· τὸ στάδιον. (*Κρῆτες*). Greg. Cor.

T.

Τάγανα· ταῦτα. Κρῆτες. Hesych. Glossa suspecta necdum explicata.

Ταλαιός· ὁ Ζεὺς ἐν Κρήτῃ. Hesych. Vitiosum est pro *Ταλλαῖος*, quo nomine Iupiter appellatur C. I. 2554. 95 et 178. et in tit. Drer. l. 18.

τᾶμος· τῆμος. (*Κρῆτες*). Greg. Cor. Non. solorum Cretensium est.

τάως· τέως. Κρῆτες. Hesych. Dictum est ex solito Doriensibus veteris *α* amore. v. Ahrens. d. d. Dor. p. 200.

τεῖον· ποῖον. Κρῆτες. Hesych. Suspectissima glossa Ahrenti esse videbatur. Neque negari potest adesse suspicionem, nisi ad radicem *ΤΕ* eam revocamus, cui insit vis demonstrativa, unde nata sunt et *τῆνος* et *τάως* et fortasse *τάγανα, τυῖ, ὅτυι.*

τέορ· σοῦ. Κρῆτες. Hesych. Ahrens. d. d. Dor. p. 74 et 249 *ρ* pro *σ* positum esse docet in similibus formis, ut *τέος* genuina vocabuli forma existimanda sit. Quare non debebat M. Schmidtius *τρέ· σέ* comparare. Neque recte contendunt qui *σ* in *ρ* transire non posse in Cretica dialecto censeant. Quod quidem in universum non potuit, apud Gortynios tamen non insolitum fuit.

τῆδε. Procl. in Hesiod. Opp. 631 (ed. Gaisford. III. p. 299): *καὶ ἐθέλων εἰπεῖν ὅτι ἦλθον εἰς Βοιωτίαν, οὕτως εἶπεν· ὅς ποτε καὶ τῆδ' ἦλθε βαθὺν διὰ πόντον ἀνύσσας. Δηλοῖ γὰρ αὐτὸ τοῦτο*

τὸ τῇδε οὐκ ἄλλο τι ἢ τὸ τῇδε καὶ ἐνταῦθα. καὶ λεξογράφοι Κρητῶν εἶναι τὴν φωνὴν ἀνέγραψαν. Μέλλει γὰρ οὐδὲν τοῖς ποιηταῖς τὴν πολλῶν συνήθειαν ἐκτραπομένοις καὶ τοιαύταις διδόναι χώραν λέξεσιν. cf. Hesychii glossam: τῇδε· ὧδε. ἐνταῦθα. In titulis Creticis τῇδε adverbium non invenitur.

τί δαί· τί γὰρ ἄλλο, ἢ τί γάρ; Κρῆτες. Βοιωτοὶ δὲ ἐνθάδε. Ἀττικοὶ διὰ τί δή. Hesych.

τιθένς· τιθείς. v. ἐνς.

τίριος· θέρου(ς). Κρῆτες. Hesych. ι pro ε dictum Creticae dialecti proprium esse saepius iam dixi. De θ literae in τ mutatione v. Voretzsch. De inscr. Cret p. 16.

τοῖν· τί ποτε. Κρῆτες. Hesych. Non expedio v. τί δαί.

τοίνυ· σύ. (Κρῆτες). Gramm. Meermann.

τόκα· τότε. Greg. Cor. Cretibus tribuit, sed est omnium Doriensium.

τορδυλόν (cod. τορδηλόν) ἐστι τὸ Κρητικὸν σέσελι. Lex. botan. in Boissonadii Anecd. Gr. II. p. 407. l. 9.

τούτας· ταύτας. (Κρῆτες). Greg. Cor.

τρέ· σέ. Κρῆτες. Hesych. Multa et varia de hac glossa disputata sunt et ab iis qui ρ ex digammo natum esse putarent et ab iis qui plane negarent id fieri potuisse. Horum sententiam magis magisque vincere video, quamquam illi desertae et paene explosae novus adiutor exstitit Helbigius in Quaest. de dial. Cret. p. 12. Imo in horrida incultorum hominum lingua insertum esse ρ et inseri potuisse videtur.

τριτώ· ἡ κεφαλή. Schol. ad Hom. Il. Θ. 39 in Cramer. Anecd. Par. III. p. 30 (p. 229, 3. p. 249, 13. Phav. p 708) ad v. τριτογένειαν· τριτὼ γὰρ κατὰ γλῶσσαν Κρητῶν ἡ κεφαλή.

τυῖ· ὧδε. Κρῆτες. Hesych. Adverbia in νι Aeolico more desinentia in Creticis titulis haec inveniuntur: ὅτυι in tit. Bergm. 68; (ubi Bergmannius sine causa scripsit ὅ[π]υι κα); υἶ Mn. II, 16. 22. III, 16; et fortasse recte φλίυι Voretzschius defendit tituli Gortynii antiquissimi βουστροφηδόν exarati lectionem (Savelsbergius coniecit Πλι[ξ]ί). Quare causa non fuit, cur M. Schmidtius glossam non agnosceret sed correctione sanar vellet.

Y.

Ὑγιᾶ· σῶον. νεαρὸν Κρῆτες. Hesych. Κρῆτες ad posteriorem modo explicationem pertinet.

ὑπερτεῖς. *Κρητικῶν πόλεων ἐπίθετα.* Hesych.
ὑπηκόους· *περιοίκους.* Athen. VI. 263 f. v. gl. *ἀφαμιῶται.*
ὕρον· *σμῆνος. Κρῆτες ἥσυχον.* Hesych.

Φ.

φάγρος. Athen. VI. 327. *Ἔστι δὲ καὶ γένος λίθου φάγρος. ἡ γὰρ ἀκόνη κατὰ Κρῆτας φάγρος, ὥς φησι Σιμίας.*
φιλήτωρ· *ἐραστής.* Hesych. Strab. X. 484. v. gl. *κλεινός.*

X.

χίδαι· *ἀντὶ τοῦ . . . . Κρῆτες.* Glossa Hesychii corrupta.
χρυσωνήτους v. gl. *κλαρῶται.*

Ψ.

Ψουδία· *ψευδῆ. Κρῆτες.* Phot. Suid. II. p. 1721. Eadem diphthongorum mutatio deprehenditur in *ἐξοδουσάντες* C. I. 2556, 53 pro *ἐξοδεύσαντες.*

Ω.

Ὠστριμός. Hesych. s. v. *ἐρικάς·* *ὁ ἐρεγμός. Κρῆτες δὲ ὠστριμός.*

VITA.

Natus sum Gustavus Maximilianus Kleemann a. 1848 a. d. V. Non. Oct. Halis Saxonum patre Gustavo Kleemann machinarum mathematicarum praesertim et physicarum opifice matre Clara de gente Herold, quorum utroque adhuc superstite laetor. Fidei addictus sum evangelicae. XII annos natus adii ad Latinam scholam quae appellatur Halensem, quae tum initio Ecksteinio, deinde Adlero rectoribus florebat. XX annos natus toto gymnasii cursu peracto in civium academiae Halensis numerum receptus sum, in quo ad hoc usque tempus permansi. Audivi imprimis Bernhardyum, Bergkium, Keilium, Zacherum, Dümmlerum, Schoenium, Erdmannium, quibus omnibus grates ago quam maximas. Per duos annos interfui exercitationibus seminarii philologici quod a Bernhardyo et Keilio regitur.

THESES.

I.

Tibulli elegiam quae est secundi libri tertia non ex duabus partibus conflatam sed unum et simplex carmen esse.

II.

In Pindari Ol. I. 61 sic legendum esse censeo:

ἁλίκεσσι συμπόταις
νέκταρ ἀμβροσίαν τε
δῶκεν, οἷσιν ἄλφιτον
ἔθεσαν.

III.

Ἐπιχειροτονίαν τᾶν νόμων quae vocatur a Solone institutam non esse.

IV.

Recte tradi ab a. 494 usque ad a. 471. a. Chr. n. tribunos plebis et aediles comitiis curiatis electos esse.
